SPECIMEN CRITICUM

AD

PLATONEM ET CENSORINUM

PERTINENS.

AD VENIAM LEGENDI IMPETRANDAM

SCRIPSIT

DR. MARTINUS SCHANZ.



GOTTINGAE.

APUD ADALBERTUM RENTE.

1867.

WIRCEBURGI. — TYPIS F. E. THEIN.

LOCORUM QUOS TRACTAVIMUS

INDEX.



A. E CENSORINO.

B. E FRAGMENTO CENSORINO ADSCRIPTO.

C. E CICERONE.

D. E PLATONE.

CHARMIDES.

CRATYLUS.

EUTHYDEMUS.

EUTHYPHRO.

GORGIAS.

LACHES.

MENO.

PHÆDRUS.

POLITICUS.

SOPHISTA.

SYMPOSION.

THEÆTETUS.

D. E LYSIA.

§ 1.

Ad veterum libros recte edendos qui accedere vult, primarium eius munus est codices quam accuratissime excutere et quae inter singulos unius scriptoris libros ratio intercedat, diligentissime explorare. Nam superioris aetatis mos hinc illinc lectionem quae arridebat decerpendi, hodie desitus est coli, cum non iam id agatur, ut scriptori elegantiae obtrudantur, sed ut exploretur, quid ab eo scriptum sit vere. Quare in diiudicandis libris haec norma nobis sequenda est, ut qui proxime ad archetypon accedere videatur, eum optimum habeamus. Praecipue vero id cavendum est, ne librorum, quos apparet ex aliis qui adhuc extant esse derivatos, habeatur ratio; ad quam rem illustrandam Censorini librorum duo optimi idonei sunt, Coloniensis (s. VII) et Vaticanus (s. X). Illum cum anno praeterito Wirceburgi conferrem cum editione Jahni, mox animadverti permultis locis esse correctum, sed ita, ut potius corrumperetur sententia quam emendaretur. Has omnes correctiones enumerare longum est atque inutile; gravius vero est quaerere, num eae etiam in Vaticano reperiantur. Nam hinc de duorum inter se librorum ratione concludi potest. Jam vero ex Jahni adnotatione critica videre licet correctiones istas etiam in Vaticano esse easque in textu quem vocant positas id quod his exemplis comprobatur:

J. p. 11. 5	Veliensi	vel ins^{ter}te C	vel insterte V.
p. 11. 6	dissensisse	dissensis^{se}	dissensisse
p. 11. 12	Citieius	Tici^{et} eius	tieteins cf. Hultsch
p. 52. 1	dieteris	die^{s} teres	diesteres
p. 52. 4	sed eam	sed ^{ad} eam	sed ad eam
p. 51. 5	doctiori	docto^{ri}	doctori
p. 58. 10	constituere-tur	constituaere^{n}tur	constituerentur
p. 62. 2	poterat iidem	po^{s}tea idē (in r)	postea idem
p. 70. 4	ad clima	a climma^{te}	a climate
p. 38. 10	Aristotelem	Aristolēs in ras.	aristoteles.

Haec autem exempla facile possunt augeri apparatu critico Hultschii. Sed satis ex iis quae protulimus, elucet Vaticanum e codice Coloniensi esse derivatum. Hunc utrum ille proxime secutus sit an aliorum librorum interventu, in medio relinquam, quamquam animus meus aliorum librorum interventum negare propensior est quam statuere. Haec si vere disputavimus, duo ad artem criticam Censorino recte adhibendam sequenda sunt:

I. Primum codex Coloniensis in textu constituendo solus dux esse debet.

II. Deinde correctionum quae in codice Coloniensi extant, nulla ratio habenda est neque ad eas dirigenda textus, qui vocatur, recensio.

Hinc videmus, quanti referat codicum recte explorare pretium. Quod cum non explorasset Lachmannus antequam Censorinum adiret non raro factum est ut operam perderet ei navatam. Veluti istis correctionibus temerariis usus p. 8. 1 proposuit „ad cereos et extremum“, p. 52. 4, sed et eam, p. 51. 5 doctiori, quae omnia abicienda sunt. Cum Lachmanno autem erravit Jahnus persaepe. At recte rem instituit qui nuperrime extitit Censorini editor Hultschius,

eandem viam quam ego ingressus [1]. Cuius editionem cum perlegerem, summopere gaudebam; nam ut in universum, sic singulis etiam locis saepissime eum idem mecum sensisse videbam [2]).

Neque tamen vel Hultschii editione omnia sanata sunt. Nam etiamnunc unus alterve locus occurrit a correctoris illius opera mala nondum purgatus [3]). Veluti legitur c. V p. 13 v. 7 Jahn (p. 9 v. 16 Hultsch): „Semen unde exeat, inter sapientiae professores non constat. Parmenides enim tum ex dextris tum e (perperam hoc omisit Jahnus) laevis partibus oriri putavit.“ „Oriri“ debetur coniecturae; nam in Coloniensi extat „ad'ri“, litera i male inculcata. Quam si editores plane neglexissent, verum puto eos fuisse inventuros. Nam ex adri, in quo solo opera emendandi ponenda est, facillime elici potest „dari“, quod revera Censorinum scripsisse ostendit hic locus, qui de eadem re est, p. 16. 15: „ceterum Parmenidis sententia est, cum dexterae partes semina *dederint*, tunc filios esse patri consimiles, cum laevae, tunc matri.“ Quaerenti autem, quomodo adri ortum sit, si coniectare licet, dicemus in archetypo librarium literam a primo neglectam cognito errore supra lineam posuisse, unde insequens librarius non in suum restituerit locum, sed in falsum. Huius erroris tibi suppeditavi etiam haec exempla: p. 55. 4/5 J (p. 39. 3 H) cod. Col. pro „ad idem“ habet „ad diem“; p. 11, 12 J (8. 10 H) pro Zenon Citieius „Zenon Tici^{ct}eius“.

---

[1]) Meam sententiam uberius quondam exposui dissertatione seminario Gottingensi tradita.

[2]) Hanc ob rem supra tum brevis esse laboravi; nam inventa quasi iterum invenire inutile.

[3]) Vide etiam egregiam Urlichsii dissertationem museo Rhenano insertam p. 465. a. 1867.

Alius locus, quem turbasse videtur corrector, reperitur c. X p. 23. 9 J (p. 16 v. 17 H): „Sed haec quo sint intellectu apertiora, prius aliqua de musicae regulis huic loco necessaria dicentur.“ Post intellectu rasura est talis, ut partem literae m tibi videaris cognoscere. Inde locum nequaquam sanum facile est emendare; scripsisse enim puto Censorinum „ad intellectum apertiora“. Omissa vero a librario praepositio ansam dedit correctori denuo corrumpendi locum; nam ablativus (de dativo non est cogitandum) hic tolerari nequit, quum intellectus extra rem sit positus, non ei inhaerens. Ut igitur Cicero dixit „apertus ad intelligendum“, sic Censorinus scripsit „apertiora ad intellectum“.

Cum semel inceperimus Censorinum tractare, statim hoc loco etiam alias nostras emendationes proferamus, non servato illo ordine quem postea tenebimus in Platone corrigendo, ne quae inter se coniuncta sunt, dirimantur. Ac primum quidem evolvamus c. XVIII. p. 51. 11 J (p. 36. 17 H): „Hactenus dictum de saeculo: nunc de annis maioribus dicam, quorum magnitudo adeo diversa tam gentibus observata quam auctoribus tradita est.“ Pro „diversa tam“ legitur in Coloniensi „diversa etiam“. Quod nemo non videt ex „diversae tam“ depravatum esse; saepe enim literis a suo vocabulo separatis factum est, ut etiam verba mutarentur, quibus illae accesserunt. Hoc si vere disputavimus, quid legendum sit, manifestum est. Quid aliud nisi „diverse tam“? Ad hanc emendationem defendendam duo tantum nobis monenda esse videntur. Primum non semel in Coloniensi is error invenitur, ut adverbium in ae exeat, veluti 20. 12 propriae, 22. 15/16 et 35. 5 proximae, 23. 4 promiscae, 4. 16 facundae. Deinde Censorinus in tali structura, qualem exhibet locus, usurpat adverbium, non adiectivum; cf. p. 15. 14 varie ab iisdem philosophis proditum est; p. 63. 6 praeterea multi diverse (scripserunt); p. 43. 15 fuerunt qui non

idem putarent ubique observandum, sed varie per diversas regiones.

P. 67. 18 J (p. 48. 22 H) Varronis sententia traditur de origine nominis Maii: „Maium vero non a maioribus, sed a Maia nomen accepisse, quod eo mense tam Romae quam antea in Latio res divina Maiae fit et Mercurio.“ Vetus lex est dialecticorum: qui nimium probat, nihil probat. Demonstranti igitur a Maia mensem Maium ob id ipsum vocatum, quod eo mense Maiae potissimum honores habentur, non addere licet „et Mercurio“. Nam quod Mercurio honores habentur hoc mense, ad nomen Maii interpretandum prorsus nihil valet. An quisquam est quin rideat, si quis in nomine Julii explicando non solum hoc dicat, *Julium* Caesarem eo mense natum, sed alios etiam homines nominet eodem mense in lucem editos? Confer, quaeso, quod Censorinus Varronem secutus de Junio dicit: „Junium quoque a Junone potius quam iunioribus, quod illo mense maxime Junoni honores habentur“. Nonne vides, recte scriptorem honores aliis diis hoc mense adtributos reticere? Expunge igitur illud „et Mercurio“.

Simili vitio laborat c. 12 p. 30 v. 15 J (p. 22. 16 H): „Asclepiades medicus phreneticorum mentes morbo turbatas saepe per symphonian suae naturae reddidit“, ubi vides vocabulum „morbo“ non scriptoris esse, sed interpolatoris. Hoc eiecto locus sanabitur.

P. 15. 2 J (10. 17 H). „Sunt qui id opinentur ipsa fieri natura ut Aristoteles atque Epicurus; sunt qui potentia spiritus semen comitantis, ut stoici ferme universi: sunt qui aethereum calorem inesse arbitrantur, qui membra disponat, Anaxagoran secuti.“ Non possum a me impetrare, ut Censorinum putem tertio membro concinnitatem orationis violasse praesertim cum alias eius tam sit studiosus; cf. p. 4. 4: eae quidem, quae non modo bona generis humani praecedant, sed quae ad deorum inmortalium aeternitatem peni-

tus accedant 4. 8: quare cum dona pretiosa neque tibi per animi virtutem desint nec mihi per rei tenuitatem supersint; 4. 15: quae vel sapienter monentur vel facunde praedicantur; p. 38. 13: ut magis mirum sit ad annos sexaginta tres eum vitam protulisse quam ultra non pertulisse. Multo magis animus meus huc inclinat, ut omissionem vocabuli „ut“ librario culpae vertam; nam quem paulo antea (ut una nascitur aliturque — ut omisit Col.) hoc vitium commisisse videmus, eum nonne verisimile est etiam postea in eadem re deliquisse? Non est quod haereamus in voc. „secuti“; nam id hoc loco eodem significatu usurpatum est quo discipuli, cf. 18. 14: contra eum ferme omnes Epicharmum secuti octavo mense nasci negaverunt.

In loco c. 9 p. 22. 15 J (p. 15. 28 H) „quae quidem ratio praecipue recipienda ad veritatem proxime videtur accedere“ velim pro „ad“ scribas „quod“ collato hoc loco (p. 35. 5): Sed ex iis omnibus proxime videntur accessisse naturam, qui hebdomadibus humanam vitam emensi sunt.

Sequatur locus p. 3. v. 10 J: „Haec, ut comicus ait Terentius, perinde sunt ut illius est animus qui ea possidet; qui uti scit ei bona, illi qui non utitur recte, mala“. Vocabulum Terentius putavit Jahnus librarii esse additamentum. Miror. Quidni maluerit vir doctus voc. comicus interpolatum habere? Tum causam quidem potuit adferre, potuit dicere, librario facilius fuisse „comicus“ supplere quam „Terentius“. Sed omnia sana sunt, modo transposueris „comicus“ post „Terentius“. Censorinus enim vel celeberrimos homines aliqua nota accuratius distinguit; cf. p. 39. 1: Diogenes cynicus; 4. 6: Xenophon Socraticus; 18. 11: Aristoteles peripateticus; 34. 1: Hippocrates medicus. Haec cum quondam in seminario Gottingensi proferrem, Leutschius vir egregius cunctatus est ad meam sententiam accedere, hoc potissimum argumento nisus, quod Graecos tantum homines accuratius signaret Censorinus, non Latinos. Quae observatio

quamquam quod meminerim recte se habet, tamen mihi inde non videtur posse effici multum; nam illi Graeci, de quibus supra diximus, certo erant non minus noti Censorino eiusque aequalibus quam Terentius, Lucilius, alii.

C. 11 p. 29 v. 2 J. (p. 21 v. 8 H) exponit Censorinus, institutis de semine concepto observationibus quae nomina medici indiderint inventis suis, usus his verbis: „Haec enim frequens medicorum experientia pervidit, qui cum multas animadverterent semen non retinere conceptum, conpertum habuerunt id quod intra sex dies septemve eiciebatur esse lacteum et vocaverunt ἔκρυσιν, quod postea autem sanguineum idque ἐκτρωσμὸς appellatur.“ Quae verba perlegens mireris iure, cur repente scriptor usurpaverit tempus praesens, non praeteritum. Nam quos medicos Censorinus narrat nomen ἔκρυσιν invenisse, eos nonne putamus etiam rem alteram superiori arctissime coniunctam nomine ornasse? Quid multa? praeteritum tempus facillime efficies, si ex „appellatur“ leni mutatione elicueris „appellatus“ scil. est. Fortasse librarium fefellit genus masculinum, quo tamen non est quod offendatur quisquam; nam hoc licet dicere per leges grammaticae (cf. Zumpt § 369), quas nosse Censorinum testantur etiam haec similia exempla: p. 44. 1 caeli ad circulum finitorem inclinatio, quod vocatur clima. p. 56. 4. quaternum annorum circuitus, quas vocant olympiadas. Omissa autem copula apud Censorinum frequentissima est; cf. p. 68. 2, p. 59. 16 unde orti Romani, p. 4. 3, p. 16. 5, p. 16. 18, 60. 17, 52. 12, 56. 9, 70. 7, 53. 4.

Legimus c. I. p. 5 v. 5 J. (4. 17 H.) haec: „Illi enim quod alimenta, patriam, lucem, se denique ipsos dono deorum habebant, ex omnibus aliquid deis sacrabant, magis adeo ut se gratos adprobarent quam quod deos hoc arbitrarentur indigere.“ Difficultas inest in verbis „se gratos“, pro quibus Colonensis praebet „se gregatos“. Inde Halmius scripsit „sese gratos“, qua coniectura nec sensum loci nec vestigia

libri consecutus est. Vide igitur, ne Censorinus scripserit „se re gratos“ quod ad sententiam optime quadrare videtur; nam sine dubio voluit dicere scriptor: re probant gratos habere se animos.

Jam saepius, sed, ut videtur, male, tentatus est hic locus c. X. p. 23. 19 J. (p. 16. 27 H.): „Inter infimam summamque vocem multa esse possunt in ordine posita quae diastemata alia aliis maiora minorave.“ Recte statunt, qui „quae“ non interpolatum putant, sed e more librarii Coloniensis falsos criptum pro „que“. Errant autem iidem, quod „que“ transponi volunt. Nam haec conjunctio est suo loco posita; at verba „in ordine“ transponenda sunt eaque post „positaque“; quod si feceris, loco eris opitulatus.

Ultimum denique locum aggrediamur, quo Censorimus illud Xenophonteum „*ἐγὼ δὲ νομίζω τὸ μὲν μηδενὸς δέεσθαι θεῖον εἶναι· τὸ δ᾽ ὡς ἐλαχίστων ἐγγυτάτω τοῦ θείου* (Memor. I. 6. 10) expressit hoc modo c. I. p. 4. v. 6 J. (3. 17 H.): „Quod enim Xenophon Socraticus dicit, nihil egere est deorum, quam minime autem proximum a diis“. In his vocabulis offendit valde „minime“, nam de verbis „egere et indigere“ iungendis cum adverbiis tacent grammatici. Sed talis conjunctio ut fieri possit, hoc loco ea nequit admitti, quippe qua contrarium, si non tollitur, at certe debilitetur et infringatur. Verbum enim „nihil“ adjectivum postulat ut opponatur, non adverbium. Itaque scribendum duco „quam minimo“, qua scriptione habebis hunc locum Xenophonteo, cuius imitatio est, similiorem.

§ 2.

Is qui artem criticam recte exercere velit, si codicum singulorum pretio explorato, qui duces sibi sint sequendi, noverit, id potissimum aget, ut eos, si causa nulla obstat

alia, quam accuratissime repraesentet. Nam hac in re libidini suae indulgere nefas est. Ac cum vulgatae quam dicunt editionis quasi culpa non raro factum sit, ut optimae optimorum librorum lectiones iaceant neglectae ac spretae, eum, qui cum religione scriptorem tractare velit, oportet illas lectiones in textum recipendas curare; nam hoc hodie inter omnes constat, vulgatae lectionis, quam dicunt, auctoritatem nisi firmo librorum fundamento nitatur esse nullam. Hoc praeceptum vide quomodo his in exemplis sim secutus.

In Theaeteto p. 171 B editiones, ni fallor, omnes praebent: *οἱ δὲ γ᾽ ἄλλοι οὐ ξυγχωροῦσιν ἑαυτοὺς ψεύδεσθαι.* Codices vero si inspexeris, in iis omnibus reperies extare *ἑαυτοῖς*, nisi quod manu correctrice in Veneto *II* scriptum est *ἑαυτούς*. Quae correctio tantopere arrisit, ut in textum eam recipiendam esse iudicaverit Buttmannus eumque editores quod equidem sciam omnes secuti sint. Hos vero in errore versari et iniuria a codicum scriptura recessisse, facile potest demonstrari. In graeca enim lingua non raro fieri solet, ut verbum infinitivo loco subiecti vel obiecti adiunctum anticipatione quadam aut verbo infinitivum moderanti accomodetur aut subiectum fiat universae enuntiationis. Hic usus quod non paucos homines doctos decepit, Platonicis exemplis eum stabilire statuimus exscribendis locis, qui in Krügeri grammatica non reperiuntur (cf. § 61. 6. 8) breviter vero indicandis, qui ea continentur. Atque in hoc numero, si ordinem, quem secutus est Krügerus, servabis, sunt hi loci: a) Gorg. p. 482 C, Charm. p. 161 A, Rep. VIII. p. 556 E, V. p. 459 B, Euthyd. p. 282 D, Rep. IV. p. 437 B, III. p. 416 A; b) Crito. p. 52, B, Legg. I. p. 626 D, Cratyl. p. 396 B, p. 401 C. In illo autem hi: a) Rep. I. p. 342 B: *ἢ οὔτε αὑτῆς οὔτε ἄλλης* (sc. *τέχνη*) *προςδεῖται ἐπὶ τὴν αὑτῆς πονηρίαν τὸ ξυμφέρον σκοπεῖν*, cf. adn. Stallb. Tim. p. 33 C: *οὐδ᾽ αὖ τινὸς ἐπιδεὲς ἦν ὀργάνου σχεῖν.* Ibid. D: *χειρῶν δὲ — μάτην*

οὐκ ᾤετο δεῖν αὐτῷ προσάπτειν. Rep. IV. p. 434 B: *ὡς εὐθὺς ἀρχόμενοι τῆς πόλεως οἰκίζειν κατὰ θεόν τινα εἰς ἀρχήν τε καὶ τύπον τινὰ τῆς δικαιοσύνης κινδυνεύομεν ἐμβεβηκέναι.* Legg. VII. 790 C: *κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον ὅνπερ ἡγήμεθα τῶν περὶ τὰ σώματα μύθων λεχθέντων διαπεραίνειν.* Gorg. p. 513 E: *ἆρ' οὖν οὕτως ἐπιχειρητέον ἡμῖν ἐστὶ τῇ πόλει καὶ τοῖς πολίταις θεραπεύειν* (cf. Winckelmann ad Euthyd. p. 281 E) Legg. XI. p. 933 B: *ταῖς δὲ ψυχαῖς τῶν ἀνθρώπων δυσωπουμένους πρὸς ἀλλήλους περὶ τὰ τοιαῦτα οὐκ ἄξιον ἐπιχειρεῖν πείθειν* Prot. p. 343 C: *εἰς τοῦτο οὖν τὸ ῥῆμα καὶ τούτου ἕνεκα τούτῳ ἐπιβουλεύων κολοῦσαι αὐτὸ ἅπαν τὸ ᾆσμα πεποίηκεν* (aliter locum explicat Sauppius). Legg. I. p. 648 D: *ἑαυτῷ πιστεύων φύσει καὶ μελέτῃ καλῶς παρεσκευάσθαι* (cf. Buttmanni indicem ad Men. s. v. *πιστεύειν*). Lach. p. 186 D: *εἰ μὴ αὐτοῖς ἐπίστευον ἱκανῶς εἰδέναι* Phaedr. p. 271 C: *μὴ πειθώμεθ' αὐτοῖς τέχνῃ γράφειν.* b) Phaedr. p. 242 B: *καὶ νῦν αὖ δοκεῖς αἴτιός μοι γεγενῆσθαι λόγῳ τινὶ ῥηθῆναι.* Legg. III. p. 700 C: *τὸ δὲ κῦρος τούτων γνῶναί τε καὶ ἅμα γνόντα δικάσαι.* Ex his exemplis satis elucet in loco indicato pronomen reflexivum ad *συγχωρεῖν* posse trahi, quod cum admittat tertium casum (cf. Politic. p. 258 A: *συγχωρεῖς οὖν οἷς λέγει;* Phaedr. p. 100 C: *τῇ τοιᾷδε αἰτίᾳ συγχωρεῖς*), nefas est hunc corrigere. Sed, ut jam supra diximus, non raro hac structura et librariorum et interpretum animus est offensus, quod licet videre tum ex vocabulo *προσλαβέσθαι* (Rep. VIII. p. 556 E) in Vat. Θ et Ξ omisso et e verbo *οἵων* in *οἷον* (Euthyd. p. 282 D) mutato tum e mira Schneideri ad Rep. V. p. 459 B; adnotatione et e Astii conatibus temerariis corrigendi locos Legg. XI. 933 A et Prot. p. 343 C. Omnis tamen structurae difficultas sublata esse videtur, si per attractionem eam natam censes, non per confusionem duarum constructionum, quam statuebant plerique superioris aetatis interpretes (cf. Buttmann gr. § 140. 3. 2) injuria.

Alius locus, in quo exhibendo editores librorum optimorum scripturam spreveruunt, reperitur in Phaedro p. 239 B: ... *τά τε ἄλλα μηχανᾶσθαι, ὅπως ἂν ᾖ πάντ᾽ ἀγνοῶν καὶ πάντ᾽ ἀποβλέπων εἰς τὸν ἐραστήν, οἷος ὢν τῷ μὲν ἥδιστος, ἑαυτῷ δὲ βλαβερώτατος ἂν εἴη.* Bodleianus Vaticanus Δ et Venetus Π pronomini *ἑαυτῷ* addunt articulum quem editores quos poteram adire neglexerunt. Summam igitur cepi voluptatem, cum forte in adnotationes a Winckelmanno Euthydemi editioni subiectas inciderem legeremque p. 224 eundem articulum restitutum velle; a qua tamen laetitia depulsus sum, cum in editione Turicensi ne verbo quidem hac de re monitum viderem. Quae editorum levitas eo magis perstringenda est, quod articulus cum pronomine personali copulatus cum in eodem dialogo iterum occurit (legitur enim p. 258 A: *καὶ ὅς εἶπε, τὸν ἑαυτὸν δὴ λέγων μάλα σεμνῶς καὶ ἐγκωμιάζων*) tum etiam saepius in reliquis dialogis invenitur, ita ut recte Krügerus 50. 5. 4 hunc usum imprimis Platoni vindicasse putandus sit cf. Soph. p. 239 B: *τὸν μὲν τοίνυν ἐμέ γ᾽ ἔτι τίς ἂν λέγοι.* Theaet. p. 166 A: *γέλωτα δὴ τὸν ἐμὲ ἐν τοῖς λόγοις ἀπέδειξε.* Phileb. p. 20 B: *δεινὸν μὲν τοίνυν ἔτι προσδοκᾶν οὐδὲν δεῖ τὸν ἐμέ, ἐπειδὴ τοῦθ᾽ οὕτως εἶπες.* Phileb. p. 59 C: *τὸν μὲν δὴ σὲ καὶ ἐμὲ καὶ Γοργίαν καὶ Φίληβον χρὴ συχνὰ χαίρειν ἐᾶν, τόδε δὲ διαμαρτύρασθαι τῷ λόγῳ* (Euthyd. p. 273 B pro *παρ᾽ αὐτὸν ἐμὲ* proposuit Winckelmannus *παρ᾽ αὖ τὸν ἐμὲ*; at vide Stallbaumii notam ad h. l.). Accedit ut grammaticorum praeceptis hic usus confirmetur et illustretur; vid. Apoll. Dysk. de constr. verb. § 28 p. 65 (Bkk. p. 59) et schol. *εἰς τὴν Διονυσίου γραμματικήν* in Bekk. Anecd. II. p. 923. Quae quum ita sint, dubium esse non potest, quin loco allato articulus restituendus sit (*τῷ ἑαυτῷ δὲ βλαβερώτατος ἂν εἴη*), quo restituto oppositio quantopere augeatur, neminem praeterit. Quod autem *δὲ* tertio loco positum est, Platonem scito saepissime cavere ne verba grammaticae legibus inter se jungenda illa

particula interposita dirimat veluti Phileb. p. 63 A: *τὰς ἡδονὰς δέ* Theaetet p. 164 A: *οὐχ ὁρᾷς δὲ αὐτό.* Phileb. p. 42 A: *ἐν λύπαις δέ* Phileb. p. 49 A, 46 D: Quin etiam quarto loco *δὲ* invenitur ut Phaedr. p. 227 C: *οὐχ ὑπὸ ἐραστοῦ δέ* Cratyl. p. 389 A: *ἐκ τῶν ἔμπροσθεν δέ* Gorg. p. 482: *E ὡς τὰ πολλὰ δέ.*

Quae diximus, ea haud scio an nobis utilitati sint in hoc loco Cratyleo p. 408 B: *νὴ τὸν Δία, εὖ ἄρα μοι δοκεῖ Κρατύλος λέγειν τὸ ἐμὲ μὴ εἶναι Ἑρμογένη.* Quae si quis vel cursim perlegerit, in pronomine *ἐμὲ* maximum momentum inesse videbit. Suspiceris igitur haud temere pro *τὸ* esse scribendum *τόν*; nam articulus activo infinitivo *λέγειν* adpositus habet nescio quid molesti ac insoliti.

Theaet. p. 163 CD: *εἴ τις ἔροιτο ἄρα δυνατόν, ὅτου τις ἐπιστήμων γένοιτό ποτε, ἔτι ἔχοντα μνήμην αὐτοῦ τούτου καὶ σωζόμενον, τότε ὅτε μέμνηται μὴ ἐπίστασθαι αὐτὸ τοῦτο ὃ μέμνηται· μακρολογῶ δέ, ὡς ἔοικε, βουλόμενος ἐρέσθαι, εἰ μαθών τίς τι μεμνημένος μὴ οἶδεν.* „*Ποτε ἐπέχοντα* 𝔄 *Δ* et pr. *Π*" invenimus adnotata in Bekkeri commentariis. Itaque pro *ἔτι ἔχοντα* habet optima Codicum Platonicorum familia *ἐπέχοντα*, quod derelictum ab editoribus nemo aegre ferret, sententia si obstaret; nam syllabarum *ETI* et *EΠ* inter se commutatio frequentissima; sed si obstat sensus, sane est quod magno te dolore afficiat librorum optimorum scriptura spreta, quam restituendam esse velim tibi probare. Sine dubio enuntiatio ita est construenda: *ἄρα δυνατόν, ἐπέχοντα μνήμην τούτου καὶ σωζόμενον, ὅτου τις ἐπιστήμων γένοιτό ποτε, τότε κ. τ. λ.* Horum verborum qualis sit sensus, non difficile est dictu; describit enim scriptor aliquem, qui rem cognovit cognitaeque memoriam retinet ac servat. Unde vides ut *σώζεσθαι*, ita etiam antecedens verbum tale esse oportere, quod actionem designet. Restituendum igitur est „*ἐπέχοντα*". Quod autem duo verba cumulata sunt, noli hac in re haerere; nam Plato ut infra

p. 165 E conjunxit *ἐπέχειν καὶ οὐκ ἀνιέναι* (*ἤλεγχεν ἂν ἐπέχων καὶ οὐκ ἀνιείς*) ita hic copulavit *ἐπέχειν καὶ σώζεσθαι*, quae sic distingui possunt, ut *ἐπέχειν μνήμην τινὸς* significet memoriam alicuius rei cohibere, *μνήμην σώζεσθαι* autem rem quasi memoria inclusam servare. De verbo *σώζεσθαι* cf. etiam Stallbaum ad Rep. V. p. 455 B.

§. 3.

Non raro accidit, ut, quae in optimis libris leguntur, quod verba labem sibi aliquam contraxerunt, editores temere omittant plerumque nihil aliud excusantes nisi hoc „male scriptum est in codice". Verba hoc modo neglecta qui mutatione aliqua adhibita formaverit ita, ut ad sententiam illustrandam ea conferre appareat, nonne is putandus est suum scriptori restituisse? En habes exempla, ubi sopita, ut ita dicam, resuscitavi.

In Theaeteto p. 158 C nunc ab omnibus, quod sciam, editoribus exhibetur: *καὶ μήν, ὦ Σώκρατες, ἄπορόν γε ὅτῳ χρὴ ἐπιδεῖξαι τεκμηρίῳ*, quamquam in tribus codicibus, qui quasi cognatione arctissima inter se continentur, Bodleiano, Vaticano, Veneto *II* invenitur *ὅτῳ χρόνῳ χρή*, neque causa potest cogitari ulla, cur vocabulum *χρόνῳ* aliena manu in textum inlatum sit. Recte igitur statuas *χρόνῳ* esse truncum in eiusque locum substituendum integrum verbum. Quod efficies, si pro *χρόνῳ* scripseris *χρώμενον*. Hoc enim participium saepissime a Graecis ita usurpatur, ut substantivorum quasi adminiculum sit, cuius usus, quod grammatici eum omittunt, complura exempla subscribenda duximus. Prot. p. 350 E: *ἐξείη ἄν σοι, χρωμένῳ τοῖς αὐτοῖς τεκμηρίοις τούτοις, λέγειν.* Theaet. p. 162 E: *ἀλλὰ τῷ εἰκότι χρῆσθε, ᾧ εἰ ἐθέλοι Θεόδωρος ἢ ἄλλος τις τῶν γεωμετρῶν χρώμενος γεωμετρεῖν, ἄξιος οὐδ' ἑνὸς μόνου ἂν εἴη.* Theaet. p. 198 E: *τοῦτο δὴ ἄρτι ἠρώτων, ὅπως χρὴ τοῖς ὀνόμασι χρώμενον λέγειν περὶ αὐτῶν.* Meno p. 99 C: *Οὐκ-*

οὐκ εἰ μὴ ἐπιστήμη, εὐδοξίᾳ δὴ τὸ λοιπὸν γίγνεται, ᾗ οἱ πολιτικοὶ ἄνδρες χρώμενοι τὰς πόλεις ὀρθοῦσιν. Phaedr. p. 266 C: ἡ λόγων τέχνη, ᾗ Θρασύμαχός τε καὶ οἱ ἄλλοι χρώμενοι σοφοὶ μὲν αὐτοὶ λέγειν γεγόνασιν ἄλλους τε ποιοῦσιν. Xen. Mem. 1. 2. 49: ἐδίδασκε, πείθων μὲν τοὺς συνόντας αὐτῷ, σοφωτέρους ποιεῖν τῶν πατέρων, φάσκων δὲ κατὰ νόμον ἐξεῖναι, παρανοίας ἑλόντι καὶ τὸν πατέρα δῆσαι, τεκμηρίῳ τούτῳ χρώμενος ὡς κ. τ. λ. Ibid. p. 1. 2. 56: ἔφη δ' αὐτὸν ὁ κατήγορος καὶ τῶν ἐνδοξοτάτων ποιητῶν, ἐκλεγόμενον τὰ πονηρότατα καὶ τούτοις μαρτυρίοις χρώμενον διδάσκειν τοὺς συνόντας. Restat, ut paucis exemplis illam structuram illustremus, qua brevitatis causa Graeci verbis χρὴ et δεῖ participium et infinitivum ita adiungunt, ut, sensus si spectatur, χρὴ et δεῖ ad participium referenda sint. Veluti Euthyd. p. 282 E: ἔστι τις μία (ἐπιστήμη), ἣν δεῖ λαβόντα εὐδαιμονεῖν τε καὶ ἀγαθὸν ἄνδρα εἶναι vertimus sic quasi legatur: ἣν δεῖ λαβεῖν ὥστε εὐδαιμονεῖν τε καὶ ἀγαθὸν ἄνδρα εἶναι. cf. adnot. Winckelmanni ad h. l. et Krüg. gramm. § 56. 10. 5. Rep. VII. p. 519 C: σκοπὸν ἐν τῷ βίῳ οὐκ ἔχουσιν ἕνα, οὗ στοχαζομένους δεῖ ἅπαντα πράττειν, ἃ ἂν πράττωσιν ἰδίᾳ τε καὶ δημοσίᾳ. Xen. Anab. 4. 2. 3. ἦσαν ἐπὶ χαράδρᾳ οἱ ὀπισθοφύλακες, ἣν ἔδει διαβάντας πρὸς τὸ ὄρθιον ἐκβαίνειν. Thuc. 4. 34. 3. οὐκ ἔχοντες ἐλπίδα, καθ' ὅ τι χρὴ ἀμυνομένους σωθῆναι.

Euthyd. p. 273 E: Ὦ Ζεῦ, οἷον, ἦν δ' ἐγώ, λέγετον πρᾶγμα· πόθεν τοῦτο τὸ ἕρμαιον εὑρέτην; His verbis usus est Socrates, postquam Euthydemum et Dionysodorum sophistas audivit pollicentes se virtutem posse docere quam optime et quam celerrime. Verbis indicatis ante ἦν δ' ἐγώ libri manu scripti addunt ἔφην, quod non licet silentio praeterire, cum hac in re librorum discrepantia paene nulla sit: nam Coislinianus (Γ), in quo solo deest ἔφην, habet rasuram ante ἦν. Inde tuo iure concludas, subesse aliud vocabulum in ἔφην, quod quale fuerit, cum sensus tum locus cognatus

nobis monstrat. Nam p. 294 A sophistae se omnia scire professo Socrates dicit: *ὦ Ζεῦ, ἔφην ἐγώ, ὡς θαυμαστὸν λέγεις καὶ ἀγαθὸν μέγα πεφάνθαι.* Ac si quis locum supra allatum accuratius perscrutatus erit, sine dubio desiderabit verbum, quo *λέγειν* accuratius definiatur; nam nominare rem nihil sane est, invenire vero maximum ac gravissimum. Quod si tibi persuasero, velim mecum ex vocabulo *ἔφην* efficias *ἐκφῆναι*, ita ut haec sententia evadat: quantam rem dicitis vos in lucem edidisse! Socrates enim virtutis institutionem putat esse quasi thesaurum terra abditum, quem sophistae invenerint inventumque in lucem protulerint. Ad quod declarandum verbum *ἐκφαίνειν* esse idoneum docet p. 288 C[1]).

Quam levi mutatione adhibita saepe verbum perperam neglectum possit restitui, eleganter ostendere videtur Cratyl. p. 383 B, ubi Bodleianus, Vaticanus, Venetus, librique deterioris familiae nobis haec praebent: *ἐρωτῶ οὖν αὐτὸν ἐγώ, εἰ αὐτῷ πότερον Κρατύλος τῇ ἀληθείᾳ ὄνομά ἐστιν ἢ οὔ.* Quibus verbis interpretes, cum vidissent hoc vitio ea laborare, ut duas simul particulas interrogationem indicantes contineant, ita succurrerunt, ut earum unam alteramve supervacaneam rati aut *πότερον* ut Bekkerus et Turicenses (dissentiente Winckelmanno) aut *εἰ* ut Stallbaumius et C. F. Hermannus uncis includerent. Sed assumta una lineola si quis ex *ΕΙ* effecerit *ΕΠ*, suum cuique verbo locum dederit. Nam inde haec enuntiatio nascitur: *ἐρωτῶ οὖν αὐτὸν ἐγώ, ἐπ' αὐτῷ πότερον Κρατύλος τῇ ἀληθείᾳ ὄνομά ἐστιν ἢ οὔ.* Hanc quam coniectando invenimus praepositionem cum verbis nominandi iunctam iustam tenere sedem statuimus illustrare accuratius his exemplis: Cratyl. p. 415 C: *εἰ δ' ἐπὶ τοιούτοις ἡ κακία ἐστὶ τοὔνομα, τοὐναντίον τούτου ἡ ἀρετὴ ἂν*

---

[1]) Haec cum scribebam, Winckelmanni, qui rationem emendandi similem iniit, editionem Euthydemi non habebam in manibus.

εἴη. Xen. Oecon. 6. 12: ἐφ᾽ οἷς τοῦτο τὸ ὄνομα δικαίως ἐστὶν ὅ καλεῖται. Xen. Comment. III. 14. 12: λόγου ὄντος περὶ ὀνομάτων ἐφ᾽ οἵῳ ἔργῳ ἕκαστον εἴη. Cratyl. p. 412 C: ἐπὶ τῇ τοῦ δικαίου συνέσει τοῦτο κεῖται τὸ ὄνομα (δικαιοσύνη). Cratyl. p. 385 D: οὕτω δὲ καὶ ταῖς πόλεσιν ὁρῶ ἰδίᾳ ἑκάσταις ἐνίοτ᾽ ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς κείμενα ὀνόματα. Ibid. p. 419 B, Euthyd. p. 278 A. Ἐπὶ potest etiam cum verbo copulari; cf. p. 411 C: ὡς φερομένοις τε καὶ ῥέουσι καὶ γιγνομένοις τοῖς πράγμασι τὰ ὀνόματα ἐπίκειται. p. 412 C: καὶ μὴν τό γε ἀγαθόν, τοῦτο τῆς φύσεως πάσης τῷ ἀγαστῷ βούλεται τὸ ὄνομα ἐπικεῖσθαι. Activa structura καλεῖν τι ἐπί τινι his locis usurpata est: Cratyl. p. 433 E: ἐπὶ μὲν ᾧ νῦν σμικρόν, μέγα καλεῖν, ἐπὶ δὲ ᾧ μέγα, σμικρόν; cf. adn. Heindorfii ad h. l.: Euthyd. p. 277 E: οὐκ ᾔδηθα τὸ μανθάνειν ὅτι οἱ ἄνθρωποι καλοῦσι μὲν ἐπὶ τῷ τοιῷδε, ὅταν —, καλοῦσι δὲ ταὐτὸ τοῦτο καὶ ἐπειδάν —. Rep. p. 470 B: ἐπὶ μὲν τῇ τοῦ οἰκείου ἔχθρᾳ στάσις κέκληται, ἐπὶ δὲ τῇ τοῦ ἀλλοτρίου πόλεμος. Cf. notam Stallbaumii, qui tamen in errorem incidit, quod Rep. VI. p. 493 C ὀνομάζοι δὲ πάντα ταῦτα ἐπὶ ταῖς τοῦ μεγάλου ζῴου δόξαις, οἷς μὲν χαίροι ἐκεῖνο, ἀγαθὰ καλῶν, οἷς δὲ ἄχθοιτο, κακὰ hic attulit.

Loci Cratylei emendatio quod disputationem nostram eo deduxit, ut verborum nominandi constructio una esset exponenda, hac occasione oblata non inutile fore speramus etiam reliquas constructiones ita perstringere, ut Cratylum maximam partem secuti exempla malimus dare quam praecepta. Locos igitur primum proferamus, quibus structura καλεῖν τινά τι adhibita est. Cratyl. p. 400 D: περὶ τῶν ὀνομάτων, ἅττα ποτὲ αὐτοὶ (scil. οἱ θεοὶ) ἑαυτοὺς καλοῦσι· δῆλον γάρ, ὅτι ἐκεῖνοί γε τἀληθῆ καλοῦσι. p. 337 C: σκοπουμένους, πῇ ποτὲ αὐτὸ τοῦτο τὸ ὄνομα οἱ θεοὶ ὀρθῶς ἐκλήθησαν. p. 406 A: τὰς δὲ Μούσας τε καὶ ὅλως τὴν μουσικὴν ἀπὸ τοῦ μῶσθαι, ὡς ἔοικε, καὶ τῆς ζητήσεώς τε καὶ φιλοσοφίας τὸ ὄνομα τοῦτο ἐπωνόμασεν. 412 E: τοῦτο τὸ ὄνομα ἐκλήθη ὀρθῶς

δίκαιον. Rep. VII. p. 515 B: εἰ οὖν διαλέγεσθαι οἷοί τ' εἶεν πρὸς ἀλλήλους, οὐ ταὐτὰ ἡγεῖ ἂν τὰ παριόντα αὐτοὺς ὀνομάζειν, ἅπερ ὁρῷεν; cf. Stallbaumii adn. ad Symp. p. 212 C. Non raro infinitivus εἶναι verbis nominandi ita adiungitur, ut nobis abundare videatur, qua de re exposuerunt Heindorf ad Theaet. § 45 (p. 160 St.), Ast in lexic. Plat. I. p. 625, Stallbaum in adnot. critica ad Cratyl. p. 396 B et in adnot. exegetica ad Lach. p. 192 A. Crat. p. 396 B: συμβαίνει οὖν ὀρθῶς ὀνομάζεσθαι οὗτος ὁ θεὸς εἶναι. p. 397 E: οἶσθα οὖν, τίνας φησὶν Ἡσίοδος εἶναι τοὺς δαίμονας. Phaed. p. 102 C: οὕτως ἄρα ὁ Σιμμίας ἐπωνυμίαν ἔχει σμικρός τε καὶ μέγας εἶναι. Apol. p. 23 A: ὥςτε πολλὰς διαβολὰς ἀπ' αὐτῶν γεγονέναι, ὄνομα δὲ τοῦτο λέγεσθαι, σοφὸς εἶναι. Rep. IV. p. 428 E: οὐκοῦν, ἔφην, καὶ τῶν ἄλλων, ὅσοι ἐπιστήμας ἔχοντες ὀνομάζονταί τινες εἶναι, πάντων τούτων οὗτοι ἂν εἶεν ὀλίγιστοι. Qualis sit usus dativi his verbis adpositi, ex his locis cognoscere licet: Politic. p. 279 E: τουτοισὶ δὴ τοῖς ἐκ τῶν ἑαυτοῖς συνδουμένων ἐργασθεῖσιν ἀμυντηρίοις καὶ σκεπάσμασι τὸ μὲν ὄνομα ἱμάτια ἐκαλέσαμεν. Crat. p. 385 D: ἐμοὶ μὲν ἕτερον εἶναι καλεῖν ἑκάστῳ ὄνομα. p. 400 AB: καλῶς ἄρα ἂν τὸ ὄνομα τοῦτο ἔχοι τῇ δυνάμει ταύτῃ, ἣ φύσιν ὀχεῖ καὶ ἔχει, φυσέχην ἐπονομάζειν. p. 419 E: τῇ γὰρ ἐπὶ τὸν θυμὸν ἰούσῃ δυνάμει δῆλον ὅτι τοῦτο ἐκλήθη τὸ ὄνομα· ἀλλὰ μὴν ἵμερός γε τῷ μάλιστα ἕλκοντι τὴν ψυχὴν ῥῷ ἐπωνομάσθη. 420 B: δόξα δὴ ἤτοι τῇ διώξει ἐπωνόμασται — ἢ τῇ ἀπὸ τοῦ τόξου βολῇ. Breviter haec duo attingenda sunt, primum quod ὀνομάζειν τι παρά τι significat „nomen ab aliqua re ducere". Cratyl. p. 399 A: τὸ τοιόνδε δεῖ ἐννοῆσαι περὶ ὀνομάτων, ὅτι πολλάκις ἐπεμβάλλομεν γράμματα, τὰ δ' ἐξαιροῦμεν, παρ' ὃ βουλόμεθα ὀνομάζοντες, καὶ τὰς ὀξύτητας μεταβάλλομεν; deinde quod καλεῖν τι a philosophis adhibetur, ut aliquid se velle poni indicent veluti Prot. p. 332 A: ἀφροσύνην τι καλεῖς; Ibid. p. 358 D: καλεῖτέ τι δέος καὶ φόβον; cf. notam Stallbaumii ad Cratyl. p. 399 D. Nunc videamus quomodo Graeci

exprimant nomen dare, nomen indere. Crat. p. 394 E: *εἴτε τις τύχη ἔθετο αὐτῷ τὸ ὄνομα εἴτε καὶ ποιητής τις*, p. 401 A: *ἐτίθεντο αὐτοῖς τὰ ὀνόματα.* p. 393 E: *οὕτως ἠπιστήθη καλῶς θέσθαι τοῖς γράμμασι τὰ ὀνόματα.* p. 416 B: *καὶ νῦν τῷ ἀεὶ ἴσχοντι τὸν ῥοῦν τοῦτο τοὔνομα ἔθετο ἀεισχοροῦν.* p. 402 B: *ἆρα οἴει ἀπὸ τοῦ αὐτομάτου αὐτὸν ἀμφοτέροις ῥευμάτων θέσθαι.* Charm. p. 175 B: *καὶ οὐ δυνάμεθα εὑρεῖν ἐφ᾽ ὅτῳ ποτὲ τῶν ὄντων ὁ ὀνοματοθέτης τοῦτο τοὔνομα ἔθετο, τὴν σωφροσύνην.* Cratyl. p. 396 C: *ὡς ὀρθῶς αὐτοῖς τὰ ὀνόματα κεῖται.* p. 395 C: *δοκεῖ δέ μοι καὶ τῷ Πέλοπι τὸ ὄνομα ἐμμέτρως κεῖσθαι.* [p. 395 D: *τῷ δὲ Ταντάλῳ καὶ πᾶς ἂν ἡγήσαιτο τοὔνομα ὀρθῶς καὶ κατὰ φύσιν τεθῆναι.* p. 394 E: *καὶ τῷ ἐκ τοῦ εὐσεβοῦς ἄρα γενομένῳ ἀσεβεῖ τὸ τοῦ γένους ὄνομα ἀποδοτέον.* p. 394 D: *τοῖς μὲν δὴ κατὰ φύσιν γιγνομένοις ταὐτὰ ἀποδοτέον ὀνόματα.*] Illa valde memorabilis res est, quod Graeci, nomen alicuius rei ut indicent, his tribus utuntur modis: I. p. 395 A: *ἐνσημαίνει τὸ ὄνομα ὁ Ἀγαμέμνων*; p. 404 B: *καὶ τό γε ὄνομα ὁ Ἅιδης — πολλοῦ δεῖ ἀπὸ τοῦ ἀειδοῦς ἐπωνομάσθαι*; p. 397 E: *τί ἄν ποτε νοοῖ τὸ ὄνομα οἱ δαίμονες*; p. 402 D: *ἐκ δὲ τούτων ἀμφοτέρων τῶν ὀνομάτων ἡ Τηθὺς τὸ ὄνομα ξύγκειται*; p. 399 C: *σημαίνει τοῦτο τὸ ὄνομα ὁ ἄνθρωπος*; p. 415 E, p. 410. II. p. 404 C: *γνοίης δ᾽ ἄν, εἰ πολλάκις λέγοις τὸ τῆς Ἥρας ὄνομα*; p. 402 C: *τὸ μέντοι τῆς Τηθύος οὐκ ἐννοῶ ὄνομα τί βούλεται*; cf. p. 402 D, p. 413 E: *ἐὰν οὖν τις ἐξέλῃ τὸ δέλτα τοῦ ὀνόματος τῆς ἀνδρείας, αὐτὸ μηνύει τὸ ἔργον τὸ ὄνομα ἡ ἀνρεία.* III. Maxime autem insignis est omissio vocabuli *ὄνομα*, ita ut *ὁ Ἀπόλλων* significet „vox Apollinis“, qui usus non raro vexavit interpretes. Crat. p. 402 B: *Τί οὖν; δοκεῖ σοι ἀλλοιότερον Ἡρακλείτου νοεῖν ὁ τιθέμενος τοῖς τῶν ἄλλων θεῶν προγόνοις Ῥέαν τε καὶ Κρόνον;* p. 392 D: *Τὸν Ἀστυάνακτα ἄρα ὀρθότερον ᾤετο κεῖσθαι τῷ παιδὶ ἢ τὸν Σκαμάνδριον*; p. 407 E: *πειρώμεθα οὖν τὸν Ἑρμῆν σκέψασθαι, τί καὶ νοεῖ τὸ ὄνομα;* p. 395 B: *ἴσως δὲ καὶ ὁ Ἀτρεὺς ὀρθῶς ἔχει*; p. 404 C: *Φερρέφαττα δέ, πολλοὶ μὲν καὶ τοῦτο φοβοῦν-*

ται τὸ ὄνομα καὶ τὸν Ἀπόλλω; p. 410 C: αἱ μὲν δὴ ὧραι Ἀττικιστὶ ὡς τὸ παλαιὸν ῥητέον, εἴπερ βούλει τὸ εἰκὸς εἰδέναι. Cf. Schneider ad Isocr. 4. 50. Recte hic miretur quis linguae graecae ubertatem magnam, quam hoc in genere haud scio an vix alia aequiparet; eo minus est obliviscendum, hac una tamen re linguam graecam latina esse inferiorem, quod in structura „mihi est nomen" Graeci unam tantum constructionem ad nomen exprimendum adhibere possunt, tres Romani. Theaet. p. 150 A: διὰ τὴν ἄδικόν τε καὶ ἄτεχνον ξυναγωγὴν ἀνδρὸς καὶ γυναικός, ᾗ δὴ προαγωγεία ὄνομα. Legg. I. p. 466 C. Symp. 186 C.

§ 4.

Si gravissimum critici officium est, a codicis optimi vel codicum optimorum scriptura non recedere nisi iusta causa adest vel ex usu sermonis vel e sententiarum nexu ducta, ei nonne etiam hoc debet curae esse, ut aliorum dubitationes temere motae tollantur, coniecturae non recte excogitatae excludantur, interpretationes falsae abiciantur? His modis quamquam Plato non tam saepe quam alii scriptores turbatus est — insignes libri, quibus nobis est traditus, id prohibuerunt — tamen apud eum quoque non raro loci inveniuntur, quos editores corrupisse vel non intellexisse videntur. E quo genere, quamvis multa possim proferre exempla, satis habeo indicasse haec duo:

Euthyd. p. 293 B scripserunt Bekkerus et Stallbaumius verba Socratis hoc modo: ἐπίδειξόν τοίνυν με νὴ Δί', ἔφην ἐγώ, ἔχοντα, pronomine με contra auctoritatem Bodleiani et Vaticani Θ recepto. Hos secutus est Badhamus, homo natione Britannus, qui nuperrime Euthydemum et Lachetem coniunctos in lucem edidit. At recte Turicenses editores et C. F. Hermannus illud με e textu extruserunt. Hac pronominum omissione hodieque multos homines decipi valde miror. Veluti

Gottholdus Meutznerus in Commentatione de Lysiae oratione *περὶ τοῦ σηκοῦ* (Lips. 1860) duobus huius orationis locis pronomen personale obtrusit. Quorum prior invenitur § 25: *οὐδεὶς πώποτ' ἐζημίωσέ μ' ὡς ἐργαζόμενον τὰ περὶ τὰς μορίας χωρία*, alter § 29: *οἷς ὑπὸ τῆς πόλεως τὸν ἅπαντα χρόνον προστέτακται τῶν μοριῶν ἐλαιῶν ἐπιμελεῖσθαι, μήθ' ὡς ἐπεργαζόμενον πώποτε ζημιῶσαί με μηθ' ὡς ἀφανίσαντα εἰς κίνδυνον καταστῆσαι.* Ac persuasit Meutznerus, quod sane mirum, primum Rauchensteinio; nam in editione quarta orationum Lysiacarum selectarum is illud *με* bis recepit, non in eo haesitans, quod duobus simul locis novatum est; deinde persuasit Kaysero, qui in diario, qui inscribitur „Philologus“ tom. 25. p. 308, postquam multas Meutzneri coniecturas recte explosit, immissionem illam pronominum personalium assensu suo comprobavit. Vellem hi viri doctissimi inspexissent hos duos locos: 3. 47: *ὧν ὑμεῖς μεμνημένοι τὰ δίκαια ψηφίζεσθε καὶ μὴ περιίδητε ἐκ τῆς πατρίδος ἀδίκως ἐκπεσόντα.* 13. 42: *καὶ τῇ γυναικὶ τῇ αὑτοῦ ἐπέσκηπτε, νομίζων αὐτὴν κυεῖν ἐξ αὐτοῦ, ἐὰν γένηται αὐτῇ παιδίον, φράζειν ἀνδρὶ αὐτῷ γενομένῳ, ὅτι τὸν πατέρα αὐτοῦ Ἀγόρατος ἀπέκτεινε, καὶ κελεύειν τιμωρεῖν ὑπὲρ αὐτοῦ ὡς φονέα ὄντα.* Haec exempla nonne Meutznerum eosque qui eum secuti sunt demonstrant falso iudicasse? Sed videor mihi audire eos dicentes, *μ'* vel *με* facillime potuisse librariis intercidere. Recte. At videant posterius exemplum. Quid quod hic supplendum est pronomen demonstrativum? Id omnino tenendum est, Germanum saepissime pronomina addere debere, quae cogitatione Graecus supplet, id quod is optime scit, qui graecum scriptorem in Germanicum convertit. Sed iam librarii hac omissione non raro offensi addiderunt pronomina, cf. Sauppii ep. crit. ad Godofr. Hermannum p. 36. Ac codice Σ Demosth. talium interpolationum magna multitudo detecta est. Etiam Platonis libri deteriores pronominum additamentis laborant, cuius rei unum

tantum exemplum exhibeo: legitur enim in Cratylo p. 413 B: ἐπειδὰν οὖν τῷ λέγω αὐτὸ ἄσμενος ὡς καλόν τι ἀκηκοώς, καταγελᾷ μου οὗτος ἀκούσας καὶ ἐρωτᾷ, εἰ οὐδὲν δίκαιον οἶμαι εἶναι ἐν τοῖς ἀνθρώποις, ἐπειδὰν ὁ ἥλιος δύῃ. Parisinus G post ἐρωτᾷ posuit με, quod nollem Heindorfius recepisset. Res ut quam maxime dilucidetur, complura exempla e Platone desumpta afferamus atque a creberrima omissione pronominum apud genetivum participii (vide Krügerum 47. 3. 3) exordium capiamus. Phaedo p. 96 A: ἄκουε τοίνυν ὡς ἐροῦντος. Cratyl. p. 404 E: πολλοὶ πεφόβηνται περὶ τὸ ὄνομα τοῦ θεοῦ, ὥς τι δεινὸν μηνύοντος. Th. 187 E: ψευδῆ φαμὲν ἑκάστοτε εἶναι δόξαν καί τινα ἡμῶν δοξάζειν ψευδῆ, τὸν δ' αὖ ἀληθῆ, ὡς φύσει οὕτως ἐχόντων; Charm. p. 176 B: ὡς ἀκολουθήσοντος, ἔφη, καὶ μὴ ἀπολειψομένου. p. 176 C: Βιάσει ἄρα, ἦν δ' ἐγώ, καὶ οὐδ' ἀνάκρισίν μοι δώσεις; Ὡς βιασομένου; Phaed. p. 77 E: ὡς δεδιότων, ἔφη, ὦ Σώκρατες, πειρῶ ἀναπείθειν. — Politic. p. 258 A: Θεαιτήτῳ μὲν οὖν αὐτός τε συνέμιξα χθὲς διὰ λόγων καὶ νῦν ἀκήκοα ἀποκριναμένου. Theaet. p. 157 CD: ἕως ἂν εἰς φῶς τὸ σὸν δόγμα ξυνεξαγάγω, ἐξαχθέντος δὲ τότ' ἤδη σκέψομαι. Gorg. p. 519 B: αἰσθάνομαι γάρ, ὅταν ἡ πόλις τινὰ τῶν πολιτικῶν ἀνδρῶν μεταχειρίζηται ὡς ἀδικοῦντα, ἀγανακτούντων καὶ σχετλιαζόντων ὡς δεινὰ πάσχουσι. Men. p. 95 C: ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων καταγελᾷ, ὅταν ἀκούσῃ ὑπισχνουμένων. Sed aliorum quoque casuum pronomina omitti docent haec exempla: Gorg. p. 485 C: ὅταν δὲ ἀνδρὸς ἀκούσῃ τις ψελλιζομένου ἢ παίζοντα ὁρᾷ, καταγέλαστον φαίνεται. Theaet. p. 187 B: ἐὰν γὰρ μὴ φανῇ προϊοῦσιν, ὥςπερ τὸ νῦν, ἄλλο τι πειρασόμεθα λέγειν. Polit. p. 287 B: τὸ δ' αἴτιον, ὡς οἶμαι, προϊοῦσιν οὐχ ἧττον ἔσται καταφανές. Phaedo p. 117 C: καὶ ἡμῶν οἱ πολλοὶ τέως μὲν ἐπιεικῶς οἷοί τε ἦσαν κατέχειν τὸ μὴ δακρύειν, ὡς δὲ εἴδομεν πίνοντά τε καὶ πεπωκότα, οὐκέτι κ. τ. λ. Theaet. p. 180 B: ἴσως, ὦ Θεόδωρε, τοὺς ἄνδρας μαχομένους ἑώρακας, εἰρηνεύουσι δὲ οὐ συγγέγονας. Rep. VI. p. 505 C: πῶς γὰρ οὐχί, εἰ ὀνειδί-

ζοντές γε, ὅτι οὐκ ἴσμεν τὸ ἀγαθόν, λέγουσι πάλιν ὡς εἰδόσι. Phaedo p. 78 B: *ὅθεν δὲ ἀπελίπομεν, ἐπανέλθωμεν, εἰ σοι ἡδομένῳ ἐστίν — Ἀλλὰ μὴν ἡδομένῳ γε.*

Transeamus nunc ad locum, cui adhuc recta interpretatio deesse videtur; legitur enim Soph. p. 237 A: *Παρμενίδης δὲ ὁ μέγας, ὦ παῖ, παισὶν ἡμῖν οὖσιν ἀρχόμενός τε καὶ διὰ τέλους τοῦτο ἀπεμαρτύρατο, πεζῇ τε ὧδε ἑκάστοτε λέγων καὶ μετὰ μέτρων·*

οὐ γὰρ μή ποτε τοῦτο δαμῇς, φησίν, εἶναι μὴ ἐόντα·
ἀλλὰ σὺ τῆσδ' ἀφ' ὁδοῦ διζήσιος εἶργε νόημα.

Huius loci contraria cum interpretes singula considerarent, in difficultates non poterant non incidere. Titubarunt enim omnes in verbis: *πεζῇ τε ὧδε ἑκάστοτε λέγων καὶ μετὰ μέτρων.* Iam Suidas vel auctor eius ea falso interpretatus est; apud eum enim scriptum extat s. v. *Παρμενίδης: ἔγραψε καὶ ἄλλα τινὰ καταλογάδην, ὧν μέμνηται Πλάτων* (cf. Ritter hist. phil. I p. 488 Not. 6; Karsten Reliq. Parmenid. p. 130). At Parmenidem soluta oratione librum scriptum reliquisse, nullo probabili testimonio confirmatur. Inde sequitur, ut alia Platoni interpretatio adhibenda sit· Id quod factum est non semel. Has omnes sententias perlustrare non libet; illam unam indicasse sufficiat, qua *πεζῇ* ad colloquia familiaria referatur, cum *πεζῇ* autem iungatur *ἑκάστοτε* [1]). At quomodo potest *ἑκάστοτε* ad unum tantum membrum referri? Qui potest ex verbis supra indicatis discrimen ullum dicti et scripti elici? Recte locum sic inter-

---

*) Bonitzius hanc sententiam exposuit (Stud. Plat. II. p. 290) his verbis: alſo iſt durch die Worte ſelbſt nur der Gegenſatz der Proſa und gebundener Rede bezeichnet. Da aber die Abfaſſung einer Schrift von Parmenides alle glaubwürdigen Zeugniſſe gegen ſich hat (Zeller Phil. der Gr. 2. Aufl. I S. 398), ſo wird die Bezeichnung von πεζῇ auf mündliche proſaiſche Aeußerungen gerechtfertigt ſein, um ſo mehr da hiedurch das nur auf πεζῇ bezügliche ἑκάστοτε „bei jeder Gelegenheit" ſeine paſſende Deutung erhält.

pretabimur, ut dicamus, contrariorum copulatione id unum scriptorem egisse, ut indicaret, quanta cura, quanta diligentia placitum suum gravissimum pervulgare studuisset Parmenides. Graeci enim et Latini non raro contrariorum paria usurpant, ut rei alicuius ambitum universum circumscribant. Revoca, quaeso, in memoriam exempla haec Sallustiana: Cat. 11. 3 Avaritia semper infinita, insatiabilis est neque copia neque inopia minuitur, cf. quae ad h. l. adnotavit Fabri et quae disputavit Kviçala in diario gymnasiis Austriacis destinato a. 1863 tom. XIV. Cat. 15. 4 Namque animus impurus, dis hominibusque infestus, neque vigiliis neque quietibus sedari poterat. Cat. 30. 4 quibus omnia honesta atque inhonesta vendere mos erat. 20. 7 ceteri omnes, strenui, boni, nobiles atque ignobiles, volgus fuimus sine gratia. Huius linguae usus vis in eo sita est, ut neutrum contrariorum membrum per se ipsum explicare liceat, sed semper cum altero coniunctum intelligendum sit. Ut igitur ad locum nostrum revertamur, Plato duo paria contrariorum adhibuit, unum „ἀρχόμενός τε καὶ διὰ τέλους“ ut significaret „semper“, alterum „πεζῇ λέγων καὶ μετὰ μέτρων“, ut exprimeret „quocunque modo“. Neque enim debet id inquiri, num re vera quavis data occasione verbis et vinctis et solutis usus sit Parmenides. Praeter locum tractatum velim respicias etiam haec exempla e Platone desumpta: Theaet. p. 190 C *ἄλλον δέ τινα οἴει ὑγιαίνοντα ἢ μαινόμενον τολμῆσαι σπουδῇ πρὸς ἑαυτὸν εἰπεῖν, ἀναπείθοντα ἑαυτόν, ὡς ἀνάγκη τὸν βοῦν ἵππον εἶναι ἢ δύο ἕν;* Iniuria Heindorfius *ὑγιαίνοντα* expunxit, nam sententiam comparare voluit ex hoc membro solo, neglecto altero. At si contraria inter se iuncta explicantur, iis apparet interrogativum „unquam“ circumscribi. Rep. VII p. 529 B: *ἐὰν δέ τις ἄνω κεχηνὼς ἢ κάτω συμμεμυκὼς τῶν αἰσθητῶν ἐπιχειρῇ τι μανθάνειν, οὔτε μαθεῖν ἄν ποτε φημι αὐτόν — οὔτε ἄνω ἀλλὰ κάτω αὐτοῦ βλέπειν τὴν ψυχήν, κἂν ἐξ ὑπτίας νέων ἐν γῇ ἢ ἐν*

θαλάττῃ μανθάνῃ. Ad quae verba C. F. Hermannus cum alia tum hoc adnotavit in praef. p. XV: „*κάτω συμμεμιγμένως* igitur eodem modo sententiam universam reddit, quo *ῥητὰ καὶ ἄρρητα, δικαίως κἀδίκως*, multaque alia inter se contraria ad qualemcunque casum significandum iunguntur; cf. Lange Vind. trag. roman. p. 49 et Haupt in Verh. d. Leipz. Gesellsch. d. Wiss. 1849. p. 173."

§ 5.

Superioribus capitibus cum voluerimus id efficere, ut optimorum librorum lectiones scriptori restituerentur, nunc ad eos locos accedamus corruptos, qui non videntur emendari posse nisi mutandis literis vel syllabis vel verbis. Nam vitia librorum si quis mediocriter tantum respiciet, nulla re saepius peccasse librarios inveniet quam quod literas omiserunt addiderunt, permutarunt discerpserunt. Huius generis exempla quivis apparatus criticus praebet. Saepissime autem inveniuntur menda e literis inter se permutatis nata. Quae quomodo orta sint ut discamus quaque ratione possint removeri, observationes quas vocant palaeographicae optime efficere videntur. Qua in re haud scio an nullum insignius exemplum reperiatur quam Bastii, cuius commentatio Schaeferi editioni Gregorii Corinthii subiecta digna est quae ab omnibus qui artem criticam factitant, lectitetur iterum atque iterum. Eum secutus est diligentissime Cobetus qui, via palaeographica quam saepe verum posset inveniri, bene monstravit. Sed nolumus diutius hic disputare in universum, cum etiam singuli loci huius rei occasionem praebeant satis largam.

Theaet. p. 175 A: *ἀλλ' ἐπὶ πέντε καὶ εἴκοσι καταλόγῳ προγόνων σεμνυνομένων καὶ ἀναφερόντων εἰς Ἡρακλέα τὸν Ἀμφιτρύωνος ἄτοπα αὐτῷ καταφαίνεται τῆς σμικρολογίας, ὅτι δὲ ὁ ἀπ' Ἀμφιτρύωνος εἰς τὸ ἄνω πεντεκαιεικοστὸς τοιοῦτος ἦν, οἵα συνέβαινεν αὐτῷ τύχη καὶ ὁ πεντηκοστὸς ἀπ' αὐτοῦ, γελᾷ οὐ δυναμένων*

λογίζεσθαί τε καὶ χαυνότητα ἀνοήτου ψυχῆς ἀπαλλάττειν. Haec verba partem efficiunt egregiae philosophi descriptionis, quae recte habet tam multos laudatores atque admiratores. Sed ad eam summo iure pertinet illud „χαλεπὰ τὰ καλά“; nam multa in ea insunt, quae non facile queant explicari, quae emendatione egeant multum. Veluti in loco supra indicato nimiam habet offensionem ἀπ' αὐτοῦ, quam Heindorfius non sustulit hac interpretatione: „Nimirum ὁ πεντηκοστὸς ἀπ' αὐτοῦ (ab ipso hoc stemmatis sui ostentatore) idem est manifesto, quem modo dixit τὸν ἀπ' Ἀμφιτρύωνος εἰς τὸ ἄνω πεντεκαιεικοστόν, ut in hoc αὐτοῦ ad singularem numerum oratio deflexerit.“ Quo hanc tautologiam? Recte Stallbaumius contra dixit, verborum collocatione, mutatione numeri offensus, statuitque bene hoc loco de maioribus Amphitryonis tantum sermonem esse. Sed nulla caussa est, cur Plato iterum id definite dicat usus vocabulis ἀπ' αὐτοῦ. Id vero Plato dicere debuit in vigesimum quintum (maiorum Amphitryonis) idem cadere quod in quinquagesimum. Nonne igitur verisimile est Platonem pro *ΑΠ ΑΥΤΟΥ* scripsisse *ΑΥ ΤΑΥΤΟΝ*? Cui coniecturae nulla difficultas inhaerere videtur; nam primum αὖ potest verbo, quod eandem esse rationem indicat, insuper adiungi, deinde acc. neutr. pron. ὁ αὐτός hoc significatu repetitionis usurpatur; de quibus duabus rebus confer haec exempla Charm. p. 158 A καὶ αὖ ἡ πρὸς μητρὸς ὡσαύτως; Phileb. p. 37 D: μῶν οὐκ ὀρθὴν μὲν δόξαν ἐροῦμεν, ἂν ὀρθότητα ἴσχῃ, ταὐτὸν δὲ ἡδονήν; Cratyl. p. 404 E: ταὐτὸν δὲ καὶ περὶ Ἀπόλλω (cf. Stallbaum ad Symp. p. 178 E).

Theaet. p. 156 E: μεταξὺ φερομένων τῆς μὴν ὄψεως πρὸς τῶν ὀφθαλμῶν, τῆς δὲ λευκότητος πρὸς τοῦ συναποτίκτοντος τὸ χρῶμα, ὁ μὲν ὀφθαλμὸς ἄρα ὄψεως ἔμπλεως ἐγένετο καὶ ὁρᾷ δὴ τότε καὶ ἐγένετο οὔ τι ὄψις, ἀλλὰ ὀφθαλμὸς ὁρῶν, τὸ δὲ ξυγγεννῆσαν τὸ χρῶμα λευκότητος περιεπλήσθη καὶ ἐγένετο οὐ λευκότης αὖ ἀλλὰ λευκόν, εἴτε ξύλον εἴτε λίθος εἴτε ὁτιοῦν

ξυνέβη χρῶμα χρωσθῆναι τῷ τοιούτῳ χρώματι. Sic dedit verba Stallbaumius; at in libris legitur: εἴτε ὁτιοῦν ξυνέβη χρῶμα χρωσθῆναι τῷ τοιούτῳ χρώματι, quae verba esse corrupta negari nequit. Nam χρῶμα tolerari nullo modo posse nemo non videt. Quod vitium ut removeret, Hermannus locum sic scripsit: εἴτε ὁτιοῦν ξυνέβη [χρῶμα] χρωσθῆναι τῷ τοιούτῳ χρώματι. Sed sibi ipse non persuasisse videtur se veram rationem corrigendi esse ingressum; nam in praefatione haec dicit p. XXI: „Facile tamen patiar aptius pro hoc vocabulum substitui, quocum etiam ὁτιοῦν a Turicensibus ex optimis libris receptum conciliari possit.“ Rectissime; quis est enim, qui nesciat duas simul correctiones, quarum una alteram continet, non admittere eum, qui in arte critica recte versetur? Verbum autem in locum corrupti χρῶμα substituendum persuasum mihi est nullum aliud esse quam σχῆμα, quod quam sit aptum hoc loco, intelligent, qui perlegerint hunc locum: Meno p. 75 B quaeritur, quid sit σχῆμα. Hoc est Socratis responsum: ἔστω γὰρ δὴ ἡμῖν τοῦτο σχῆμα, ὃ μόνον τῶν ὄντων τυγχάνει χρώματι ἀεὶ ἑπόμενον. Nonne vides calorem et figuram inter se arctissime esse nexa, ita ut nequeat res altera sine altera cogitari? cf. etiam haec exempla: Theaet. p. 163 BC: τῶν μὲν γὰρ τὸ σχῆμα καὶ τὸ χρῶμα ὁρᾶν τε καὶ ἐπίστασθαι, τῶν δὲ τὴν ὀξύτητα καὶ βαρύτητα ἀκούειν τε ἅμα καὶ εἰδέναι. Rep. V. p. 477 C: δυνάμεως γὰρ ἐγὼ οὔτε τινὰ χρόαν ὁρῶ οὔτε σχῆμα οὔτε τι τῶν τοιούτων. Soph. p. 251 A: λέγομεν ἄνθρωπον δήπου πόλλ' ἄττα ἐπονομάζοντες, τά τε χρώματα ἐπιφέροντες αὐτῷ καὶ τὰ σχήματα κ. τ. λ. Cratyl. p. 431 C: ὥσπερ ἐν τοῖς ζωγραφήμασι καὶ πάντα τὰ προσήκοντα χρώματά τε καὶ σχήματα ἀποδοῦναι.

Theaet. p. 182 D: καὶ τίς μηχανή, ὦ Σώκρατες; ἢ ἄλλο γέ τι τῶν τοιούτων, εἴπερ ἀεὶ λέγοντος ὑπεξέρχεται, ἅτε δὴ ῥέον; Heraclitus statuens nihil esse firmum fixumque, sed sempiterno agitari motu omnia, Protagorae nactus est assensum. Qui tamen non ita intellegendus est, ut Heracliteam doctrinam

ex omni parte Protagoras amplexus sit. Is enim, cum de ratione sentiendi instituerет disquisitionem, illam in genus plane diversum traduxit. In quo versatus motum tum activum tum passivum posuit vel ut accuratius dicam et hominis et rerum, et congressis his duobus motibus effici putavit ut et homo sentiret et res sentiretur. Huic doctrinae adversatus Plato dicit ea omnem sentiendi rationem tolli, nam si nihil sit stabile fixumque, quomodo fieri posse ut quid sentiatur? Nonne etiam sensus semper mutari et praeterlabi necesse esse? Ac quam esse rationem rem nominandi semper mobilem? Audi de hoc Platonis ipsius verba Socrati tributa: ἐπειδὴ δὲ οὐδὲ τοῦτο μένει, τὸ λευκὸν ῥεῖν τὸ ῥέον, ἀλλὰ μεταβάλλει, ὥςτε καὶ αὐτοῦ τούτου εἶναι ῥοήν, τῆς λευκότητος, καὶ μεταβολὴν εἰς ἄλλην χρόαν, ἵνα μὴ ἁλῷ ταύτῃ μένον· ἆρά ποτε οἷόν τέ τι προςειπεῖν χρῶμα ὥςτε καὶ ὀρθῶς προςαγορεύειν; Responsum autem, quo Theodorus significat se Socratis argumentationi assentiri, verbis supra indicatis continetur sine dubio macula adspersis; nam verborum ἢ ἄλλο nulla excogitari potest interpretatio, quae careat offensione, id quod ex Buttmanni defensione vulgatae licet videre. Itaque Heindorfius et Stallbaumius locum ita sanare coeperunt, ut ille τοῦτο vel χρῶμα putaret ante ἢ excidisse, Stallbaumius autem verba καὶ τίς μηχανή, ὦ Σώκρατες post ῥέον transponenda censeret. Quibus non possum assentiri; nam enuntiationi deest verbum (non nomen), cum non possit scriptor non dicere haec: Quae ratio extat horum simile quidquam dicendi? Scribo igitur mutatione non admodum dura facta: καὶ τίς μηχανή, ὦ Σώκρατες, ἢ καλῶ γέ τι τῶν τοιούτων, εἴπερ ἀεὶ λέγοντος ὑπεξέρχεται, ἅτε δὴ ῥέον; Restat ut paucis de constructione huius enuntiationis dicamus, quod fortasse reperiuntur qui eam putent praeceptis gramaticae graecae repugnare. Sed errant hac in re. Nam μηχανὴ coniungitur cum infinitivo ita ut etiam accedat particula ὥςτε cf. Symp. p. 178 E: εἰ μηχανή

τις γένοιτο ὥςτε πόλιν γενέσθαι. Notum autem est quam saepenumero relativum ὅς et ὅςτις particulae ὥςτε vices obtineat cf. Krüger 51. 13. 10. Schneider ad Isocr. 9. 35. Aken de temp. et mod. p. 133 (§ 183) p. 131 (§ 181) et haec exempla: Rep. III p. 416 C: καὶ τὴν ἄλλην οὐσίαν τοιαύτην αὐτοῖς παρασκευάσασθαι, ἥτις μήτε τοὺς φύλακας ὡς ἀρίστους εἶναι παύοι. Xen. An. I. 2. 12: τούτων δὲ τοιούτων ὄντων τίς οὕτω μαίνεται ὅςτις οὐ σοὶ βούλεται φίλος εἶναι. Lys. 3. 41: Τίς γὰρ οὕτως ἐστὶν εὐήθης ὅςτις ἐκ πολλοῦ προνοεῖται. Isocr. 15. 56: διαβάλλοντας ὅτι γράφω τοιούτους λόγους οἳ τὴν πόλιν βλάπτουσιν. Phaedo. p. 88 D. Apol. p. 38 D.

Cratyl. p. 427 E: Νῦν οὖν μοι, ὦ Κρατύλε, ἐναντίον Σωκράτους εἰπέ, πότερον ἀρέσκει σοι ἣ λέγει Σωκράτης περὶ ὀνομάτων, ἢ ἔχεις πῃ ἄλλῃ κάλλιον λέγειν; καὶ εἰ ἔχεις, λέγε, ἵνα ἤτοι μάθῃς παρὰ Σωκράτους ἢ διδάξῃς ἡμᾶς ἀμφοτέρους. Si vulgata lectio εἰ ἔχεις recte se habet, haec verba suppleri debent: κάλλιον λέγειν. At cum hac protasi quomodo potest conciliari id quod insequitur „ἵνα μάθῃς παρὰ Σωκράτους? Nam Cratylus si potest pulchriora proferre quam Socrates, profecto docentis munere fungitur, non discentis. Lege, quaeso, verba proxima: (p. 428 B), εἰ μέντοι ἔχεις τι σὺ κάλλιον τούτων λέγειν, οὐκ ἂν θαυμάζοιμι· δοκεῖς γάρ μοι αὐτός τε ἐσκέφθαι τὰ τοιαῦτα καὶ παρ' ἄλλων μεμαθηκέναι. ἐὰν οὖν λέγῃς τι κάλλιον, ἕνα τῶν μαθητῶν περὶ ὀρθότητος ὀνομάτων καὶ ἐμὲ γράφου. Inde apparet, illa verba, quibus protasis continetur, esse corrupta. Quorum emendatio est facilis; nam pro εἰ scribendum videtur ὅ — καὶ ὅ ἔχεις λέγε. Tum in incerto manet, utrum pulchriora queat dicere Cratylus necne. Si dicit pulchriora, Socratem docet et Hermogenem. Sin autem Socrati assentitur, tum debet fateri se ipsum a Socrate esse doctum. Fortasse quispiam haeserit in coniunctione καί, sed usus is est creberrimus, quo particula καὶ imperativo adposita vim eius intendit, ut

in Germanica lingua ja, doch (cf. Heindorf ad Soph. p. 219 A et ad Phaed. p. 91 B. Ast. Lexic. Plat. II. p. 123 init. et comm. ad Legg. p. 12). Ascribere libet haec exempla: Soph. p. 227 C: *Πάντων κάλλιστα· καί μοι τὸ μετὰ τοῦτο ἐπάκουε πειρώμενος αὖ τὸ λεχθὲν διχῇ τέμνειν.* p. 237 B: *ἀλλὰ χρὴ δρᾷν ταῦτα· καί μοι λέγε.* p. 233 D: *καί μοι πειρῶ — ἀποκρίνασθαι.* Gorg. p. 449 C: *καί μοι ἐπίδειξιν αὐτοῦ τούτου ποίησαι, τῆς βραχυλογίας, μακρολογίας δὲ εἰσαῦθις.* Bene Heindorfius: Notus hic usus προτρεπτικὸς voculae *καὶ* ex pervulgata illa oratorum formula: *καί μοι ἀνάγνωθι τὸ ψήφισμα, καί μοι λέγε τὴν γραφήν.*

Theaet. p. 150 D loquitur Socrates de arte sua obstetricia, qua ipse nihil sciat nihil doceat, ex aliis vero quae sciant possit elicere; sunt autem eius verba haec: *οἱ δ᾽ ἐμοὶ ξυγγιγνόμενοι τὸ μὲν πρῶτον φαίνονται ἔνιοι μὲν καὶ πάνυ ἀμαθεῖς, πάντες δὲ προϊούσης τῆς ξυνουσίας, οἷς περ ἂν ὁ θεὸς παρείκῃ, θαυμαστὸν ὅσον ἐπιδιδόντες, ὡς αὑτοῖς τε καὶ τοῖς ἄλλοις δοκοῦσι· καὶ τοῦτο ἐναργὲς ὅτι παρ᾽ ἐμοῦ οὐδὲν πώποτε μαθόντες, ἀλλ᾽ αὐτοὶ παρ᾽ αὑτῶν πολλὰ καὶ καλὰ εὑρόντες τε καὶ κατέχοντες.* Hic vellem interpretes aliquid monuissent de mira consociatione verborum *εὑρεῖν καὶ κατέχειν.* Primum enim offendit, quod *παρ᾽ αὑτῶν* ad voc. *εὑρόντες* tantum videtur posse referri; deinde verbi *κατέχειν* significatus non quadrat in locum. Nam hic non refert dicere adolescentes multa pulchra retinere ac possidere, sed id tantum dicendum est, eos multa pulchra ex sese haurire atque invenire. Expectaveris igitur, ut cum verbo *εὑρόντες* copuletur participium eiusdem temporis, eodem significatu quaerendi praeditum. Hoc autem mihi esse videtur *τεκόντες*, quod quomodo potuerit depravari, non tam difficile est explicatu quam putaveris fortasse. Primum enim Schaeferus in indice editioni Gregorii Corinthii subiecto p. 1042 exempla praebet literarum *κ* et *χ* inter se confusarum; deinde syllabam *κα* propter antecedens *καὶ* e dittographia esse natam apparet.

Unum igitur restat ut accuratius exponamus usu sermonis verbum *τίκτειν* admitti. Quod dubitari nequit. Saepe enim primum usurpatur *τίκτειν* translatione adhibita cf. Symp. p. 210 C: *τίκτειν λόγους τοιούτους καὶ ζητεῖν, οἵτινες ποιήσουσι βελτίους τοὺς νέους* p. 210 D, p. 212 A: *τίκτειν οὐκ εἴδωλα ἀρετῆς — τεκόντι δὲ ἀρετὴν ἀληθῆ καὶ θρεψαμένῳ ὑπάρξει θεοφιλεῖ γενέσθαι.* Politic. p. 291 D: *τρεῖς δ' οὖσαι μῶν οὐ πέντε τρόπον τινὰ γίγνονται, δύο ἐξ ἑαυτῶν ἄλλα πρὸς αὐταῖς ὀνόματα τίκτουσαι;* Deinde Graeci saepe verbum translatum et proprium coniungunt; cuius usus si magis memores fuissent cum alii critici tum imprimis Cobetus, multa sana arbitror eos non perturbaturos fuisse. Prot. p. 314 A: *ὅρα, ὦ μακάριε, μὴ περὶ τοῖς φιλτάτοις κυβεύῃς τε καὶ κινδυνεύῃς.* Theaet. p. 191 A: *ταπεινωθέντες, οἶμαι, τῷ λόγῳ παρέξομεν ὡς ναυτιῶντες πατεῖν τε καὶ χρῆσθαι ὅ τι ἂν βούληται.* Lach. p. 194 C: *ἀνδράσι φίλοις χειμαζομένοις ἐν λόγῳ καὶ ἀποροῦσι βοήθησον.* Dem. IX. 39: *ὑφ' ὧν ἀπόλωλε καὶ νενόσηκεν ἡ Ἑλλάς.* IX. 12: *πυνθάνεσθαι γὰρ αὐτοὺς ὡς νοσοῦσι καὶ στασιάζουσιν.* XXIII. 215: *ἂν παράγειν καὶ φενακίζειν οὗτοι ζητῶσι.* Ita non raro verbo *φενακίζειν*, quod a *φενάκη* ductum est, aliud cognatum additur cf. Rehdantz, ind. or. Dem. p. 385 s. v. Plat. Lys. p. 205 A: *οὐχ ὑγιαίνει, ἀλλὰ ληρεῖ τε καὶ μαίνεται.* Cratyl. p. 413 A: *δοκῶ τε ἤδη μακρότερα τοῦ προσήκοντος ἐρωτᾶν καὶ ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα ἅλλεσθαι.* Rep. VII. p. 527 D: *ἐν τούτοις τοῖς μαθήμασιν ἑκάστου ὄργανόν τι ψυχῆς ἐκκαθαίρεταί τε καὶ ἀναζωπυρεῖται ἀπολλύμενόν τε καὶ τυφλούμενον ὑπὸ τῶν ἄλλων ἐπιτηδευμάτων.* Theaet. p. 198 D: *τῶν περιστερῶν κτήσει τε καὶ θήρᾳ.* Rep. IX. p. 581 D: (*ὁ φιλότιμος*) *τὴν μὲν ἀπὸ τῶν χρημάτων ἡδονὴν φορτικήν τινα ἡγεῖται καὶ αὖ τὴν ἀπὸ τοῦ μανθάνειν, ὅ τι μὴ μάθημα τιμὴν φέρει, καπνὸν καὶ φλυαρίαν.* Theaet. p. 150 C: *πότερον εἴδωλον καὶ ψεῦδος ἀποτίκτει τοῦ νέου ἡ διάνοια ἢ γόνιμόν τε καὶ ἀληθές;* Legg. III. p. 696 C: *τὸν τὰς ἡδονὰς καὶ λύπας κεκτημένον συμφώνους τοῖς ὀρθοῖς*

λόγοις καὶ ἑπομένας. Rep. III. p. 402 D: ὁμολογοῦντα ἐκείνοις καὶ ξυμφωνοῦντα.

Illa doctrina, qua nihil esse, sed fieri omnia statuitur, ut assensum nanciscatur, e vitae usu exempla proferuntur, quibus motum rebus salutarem, quietem perniciosam esse comprobetur. Exemplis autem quasi prooemiandi causa haec verba praemittuntur Theaet. p. 153 A: ἐπεὶ καὶ τάδε τῷ λόγῳ σημεῖα ἱκανά, ὅτι τὸ μὲν εἶναι δοκοῦν καὶ τὸ γίγνεσθαι κίνησις παρέχει, τὸ δὲ μὴ εἶναι καὶ ἀπόλλυσθαι ἡσυχία. Hoc loco maxima difficultate obstrictum est verbum δοκοῦν, quod quomodo possit ferri, quamquam eius patrocinium susceptum est, equidem non video. An est qui velit Stallbaumium sequi hac ratione verba interpretantem: „Haec quoque sermoni idonea argumenta sunt, quod motus efficit id, quod esse putamus, atque fieri; quies autem affert τὸ μὴ εἶναι καὶ ἀπόλλυσθαι“? At hic non agitur de Protagorae placito, quo τὸ εἶναι tollitur, accurate exprimendo, hic Plato nihil aliud nisi summatim Protagorae doctrinam fulcire studet exemplis unicuique in vita quotidiana occurrentibus. Ac quantopere membrorum concinnitas verbo δοκοῦν interposito turbatur? Nonne videmus, verbis τὸ δὲ μὴ εἶναι καὶ ἀπόλλυσθαι respondere debere verba prioris membri? Quod ut efficiatur, scribe enuntiationem hoc modo: ἐπεὶ καὶ τάδε τῷ λόγῳ σημεῖα ἱκανά, ὅτι τὸ μὲν εἶναι δοκεῖ καὶ τὸ γίγνεσθαι κίνησις παρέχειν, τὸ δὲ μὴ εἶναι καὶ ἀπόλλυσθαι ἡσυχία. Nunc et sensus et structura (similem vide Rep. VI. p. 505 B) procedit egregie. Unum tantum est fortasse, quod possit displicere. V. δοκεῖ enim quispiam iudicaverit non congruere cum verbis σημεῖα ἱκανά vel, ut aliter dicam, expectaverit non δοκεῖ, sed φαίνεται. Hanc vero dubitationem eximet Astius, qui in lexico Platonico I. p. 553 locos adfert, e quibus δοκεῖν elucet significatu „befunden werden, sich zeigen,“ usurpatum esse, idque addit, saepius hoc vocabulum exprimi particula „offenbar“. Huius usus haec exempla adscripsi.

Prot. p. 341 D: *ἀλλὰ καὶ ἐγὼ οἶμαι — παίζειν καὶ σοῦ δοκεῖν ἀποπειρᾶσθαι.* Polit. p. 299 C: *ἂν δὲ παρὰ τοὺς νόμους καὶ τὰ γεγραμμένα δόξῃ πείθειν εἴτε νέους εἴτε πρεσβύτας, κολάζειν τοῖς ἐσχάτοις.* Phaedo. p. 113 D: *καὶ οἳ μὲν ἂν δόξωσι μέσως βεβιωκέναι.*

Per compendia librarios multa scripsisse, inter omnes constat. Qualia autem fere adhibita essent, docte atque accurate Bastius in commentatione, de qua supra diximus, exposuit. Ac critico maxime utile est ea nosse; nam ex hoc more scribendi multa vitia nata sunt, quae ut quisque illum optime cognoverit, ita elegantissime tollet. Non alienum esse videtur aliquot huius generis menda suppeditare. Theaet. p. 185 A legitur: *ἀδύνατον εἶναι δι' ἄλλης ταῦτ' αἰσθέσθαι.* At librorum permulti praebent *ταύτης*; quod vitium facile est explicare quomodo ortum sit; apostrophus enim et compendium syllabae *ης* non raro inter se commutantur; vide Bast. p. 767; Theaet. p. 169 B exhibetur in editionibus: *πρὶν ἀναγκάσῃς ἀποδύσας.* Vat. Venet. *II* praebent *ἀποδύσασθαι.* Meno p. 81 E: *ἔχεις με τοῦτο διδάξαι ὡς οὕτως ἔχει;* pro *με* Bodl. Vat. *Δ* habent *μετά*, de cuius compendio scripturae v. *με* haud dissimili vide Wattenbachii introd. in stud. palaeographiae graecae p. 14 s. l. M. Inde vide qua ratione hos locos emendaturi simus:

Lach. p. 180 B: *πάνυ μοι δοκεῖ εὖ εἰρῆσθαι καὶ εἰς ἐκείνους καὶ εἰς ἡμᾶς καὶ εἰς ἅπαντας ὅσοι τὰ τῶν πόλεων πράττουσιν, ὅτι αὐτοῖς σχεδόν τι ταῦτα συμβαίνει, ἃ οὗτος λέγει, καὶ περὶ παῖδας καὶ περὶ τἆλλα ἴδια, ὀλιγωρεῖσθαί τε καὶ ἀμελῶς διατίθεσθαι.* Quam hic sententiam adfert Plato, eam loco alio sic expressit: *καὶ γὰρ ὅταν ἀρχήν τινα ἄρχῃ ἑκάτερος, τῷ μὲν δικαίῳ ὑπάρχει καὶ εἰ μηδεμία ἄλλη ζημία, τά γε οἰκεῖα δι' ἀμέλειαν μοχθηροτέρως ἔχειν, ἐκ δὲ τοῦ δημοσίου μηδὲν ὠφελεῖσθαι διὰ τὸ δίκαιον εἶναι, πρὸς δὲ τούτοις ἀπεχθέσθαι τοῖς τε οἰκείοις καὶ τοῖς γνωρίμοις, ὅταν μηδὲν ἐθέλῃ αὐτοῖς ὑπηρετεῖν παρὰ τὸ δίκαιον.* Rep. I. p. 343 E.

Sententia difficultate caret, non item verba, quorum quae sub finem posita sunt, *ὀλιγωρεῖσθαί τε καὶ ἀμελῶς διατίθεσθαι*, mea quidem sententia non recte explicata sunt. Nam si interpretantur *ἀμελῶς διατίθεσθαι* = *ἀμελεῖσθαι* adduntque subiectum e verbis proxime antecedentibus esse supplendum (*περὶ παῖδας καὶ περὶ τἆλλα ἴδια* referre videntur ad verb. *συμβαίνει*) cf. adnot. Cronii, vereor ne haec interpretatio, cum sit nimis tortuosa, non probetur ei, qui locum accuratius perscrutatus erit. Expectatur enim potius ut dicatur, eos qui in republica versantur, non curare ac neglegere res domesticas. Itaque *ἀμελῶς διατίθεσθαι* activo significatu positum puto (= *ἀμελῶς διακεῖσθαι*) ita ut *ἀμελῶς διατίθεταί τις* significet: in ea conditione aliquis collocatur, ut neglegat; veluti Symp. p. 207 C: *τὰ δὲ θηρία τίς αἰτία οὕτως ἐρωτικῶς διατίθεσθαι;* ita interpretabimur: Quae est causa, cur animalia ita comparentur ut ament? Hoc si quis mihi concesserit, si *ἀμελῶς διατίθεσθαι* sensu activo positum sibi persuaserit, passivo *ὀλιγωρεῖσθαι* intelleget nullum hic locum esse. Cui rei ut occurratur, scribendum duco *ὀλιγώρως* pro *ὀλιγωρεῖσθαι*. Nam Badhamum *ὀλιγωρεῖν* scribentem vetamur sequi duritie sermonis quae nascitur ex hac coniectura; accedit Graecorum consuetudo adverbia in *ως* desinentia in his locutionibus geminandi; cf. Phaedo p. 68 C: *ὀλιγώρως ἔχειν καὶ κοσμίως;* Lys. 9. 17: *ἀλλ' οὕτως ὀλιγώρως καὶ παρανόμως προςηνέχθησαν;* Gorg. p. 493 C: *ἀπλήστως καὶ ἀκολάστως ἔχοντος*; Rep. VI. p. 503: *δυσκινήτως ἔχει καὶ δυσμαθῶς ὥςπερ ἀποναρκωμένα.*

Nicias et Laches cum a Melesia et Lysimacho arcessiti essent, ut de pueris bene educandis suum ferrent iudicium, Socrates cum ad colloquium esset adhibitus, eos monuit, quam gravis, quam magna esset ea res, dicens haec (Lach. p. 187 B): *εἰ γὰρ νῦν πρῶτον ἄρξεσθε παιδεύειν, σκοπεῖν χρὴ μὴ οὐκ ἐν τῷ Καρὶ ὑμῖν ὁ κίνδυνος κινδυνεύηται, ἀλλ' ἐν τοῖς υἱέσι τε καὶ ἐν τοῖς τῶν φίλων παισί, καὶ ἀτεχνῶς τὸ λεγό-*

μενον κατὰ τὴν παροιμίαν ὑμῖν συμβαίνῃ ἐν πίθῳ ἡ κεραμεία γιγνομένη. Hoc loco cur Plato, cum sermo sit de filiis Lachetis et Niciae et de filiis Lysimachi et Melesiae, tam mire ad eandem necessitatem declarandam duobus diversis vocabulis usus sit, non facile dixerit quispiam. Accedit magna dubitatio, an in hac oppositione articulus pronominis possessivi vices agere queat, nam supra p. 187 A Plato dixit: *καὶ τῶν ἡμετέρων καὶ τῶν ὑμετέρων παίδων.* His rebus permotus pro *υἱέσι* scripsisse aio Platonem *ὑμετέροις*, quod per compendium scriptum falso interpretatus est librarius. Uno denique verbo dicam de eorum sententia, qui *κατὰ τὴν παροιμίαν* interpolatum putant. Hos non solum refutat locus, quem iam alii interpretes attulerunt, e Soph. p. 261 B haustus: *σχολῇ που τὸ κατὰ τὴν παροιμίαν λεγόμενον ὅ γε τοιοῦτος ἄν ποτε ἕλοι τὴν πόλιν*, sed etiam locutio: *φασὶν οἱ παροιμιαζόμενοι.* Theaet. p. 162 B.

Nullum vitium in Bodleiano optimo Platonis libro saepius deprehendimus quam literarum inter se copulandarum disiunctionem et literarum inter se disiungendarum copulationem, id quod e paucis exemplis demonstrare conor. Soph. p. 181. 17 Bkk.: *εἴτην;* 𝔄 *Δ* et pr. *Π* praebent *εἰ τήν;* Lach. p. 286. 6: *αὐτοῖς ἵν';* 𝔄 *αὐτοῖσιν;* Soph. p. 196. 11: *ἐνόντ' αὐτῷ;* 𝔄 *ἐνὸν ταὐτῷ.* Non raro etiam accidit, ut literae, praeterquam quod suum non tenent locum, ex aliqua parte mutatae sint; cf. Soph. p. 170. 9: *ἀλλ' εἰ σπουδῇ;* 𝔄 *Δ ἄλλης που δή;* Theaet. p. 199. 19: *καὶ μένοι, Δ κείμενοι;* ibid. p. 266. 20: *δὴ ἠρωτῶμεν,* 𝔄 *Δ* et pr. *Π*, *δὴ πρώτωι μέν.* Charm. p. 303. 1: *ἧκον μέν,* 𝔄 *Θ ἥκομεν;* Soph. p. 206. 10: *εἰ συνέχοντα, Δ εἰςενέχοντα.* Equidem hosce locos seiungendis literis emendandos esse puto:

Charm. p. 159 D: *εἰπὲ γάρ μοι, οὐ τῶν καλῶν μέντοι ἡ σωφροσύνη ἐστί; Πάνυ γε, ἔφη. Πότερον οὖν κάλλιστον ἐν γραμματιστοῦ τὰ ὅμοια γράμματα γράφειν ταχὺ ἢ ἡσυχῇ; Ταχύ. Τί δ' ἀναγιγνώσκειν; ταχέως ἢ βραδέως κ. τ. λ.* Superlativus

κάλλιστον hoc loco non potest admitti mirorque valde, quod editores quidam eum admiserunt. Nonne hos refutat ipsa enuntiatio quae proxime insequitur: *καὶ μὲν δὴ καὶ τὸ κιθαρίζειν ταχέως καὶ τὸ παλαίειν ὀξέως πολὺ κάλλιον τοῦ ἡσυχῇ τε καὶ βραδέως?* Fuere igitur qui *κάλλιον* pro *κάλλιστον* scriberent ut Bekkerus et Nitzschius. Recte quidem; sed causa corruptelae non intellegitur. Quae intellegetur, si scripserimus, *κάλλιόν ἐστιν.*

Alter locus quem hac ratione suscepimus emendandum, reperitur in Cratyl. p. 385 D: *οὐ γὰρ ἔχω ἔγωγε, ὦ Σώκρατες, ὀνόματος ἄλλην ὀρθότητα ἢ ταύτην, ἐμοὶ μὲν ἕτερον εἶναι καλεῖν ἑκάστῳ ὄνομα, ὃ ἐγὼ ἐθέμην, σοὶ δὲ ἕτερον ὃ ἂν σύ.* Enuntiationem relativam *ὃ ἂν σὺ* nullo verbo tangunt interpretes, quod nollem factum. Nam haud exigua difficultate laborat particula *ἂν* hic posita. Quae quamquam non raro verbo proprio caret, si quidem antecedentis forma congruens potest suppleri (cf. Krügeri gr. § 69. 7. 2) tamen hoc minime cadit in locum indicatum. Neque enim verisimile est Platonem primum indicativum posuisse, deinde optativum in membris prorsus idem significantibus, prorsus eadem vi praeditis. Hanc sentiens difficultatem Hirschigius in editione Didotiana pro *ἂν* scripsit *αὖ*, quod valde dubito an sit verum; collocatio enim huius vocabuli offendit in enuntiatione secundaria, non primaria positi; expectatur *σοὶ δὲ αὖ ἕτερον* vel tale quid. Accedit haec res gravior, quod periodus universa in cogitatione sola versatur. Neque igitur licet hic Hermogeni dicere de verbo, quod posuit, sed de verbo, quod potest ponere. Quod ut declarent, Graeci optativum in enuntiatione relativa usurpare solent particula *ἂν* aut omissa aut addita, qua de re vide Krüger. 54. 14. 4, qui recte dicit praesertim post infinitivum talem optativum reperiri, et Aken libr. de temp. et mod. p. 176. Rep. III. p. 403 B: *οὕτω δή, ὡς ἔοικε, νομοθετήσεις ἐν τῇ οἰκιζομένῃ πόλει φιλεῖν μὲν καὶ ξυνεῖναι καὶ ἅπτεσθαι ὥσπερ υἱέος παιδικῶν ἐραστὴν τῶν καλῶν χάριν, ἐὰν πείθῃ·*

τὰ δ' ἄλλα οὕτως ὁμιλεῖν πρὸς ὅντις σπουδάζοι ὅπως μηδέποτε δόξει μακρότερα τούτων ξυγγίγνεσθαι κ. τ. λ. ad quem loc. cf. adn. Schneideri. Xen. Anab. I. 3. 17: *ἐγὼ γὰρ ὀκνοίην μὲν ἂν εἰς τὰ πλοῖα ἐμβαίνειν ἃ ἡμῖν δοίη, φοβοίμην δ' ἂν τῷ ἡγεμόνι, ᾧ ἂν δοίη, ἕπεσθαι.* Res cum ita sese habeat, velim etiam in enuntiatione relativa priore *ὃ ἐγὼ ἐθέμην* optativum cum *ἂν* restitui. Neque admodum difficile est, hanc lectionem eruere; scribit enim Bastius in commentatione p. 756: „Hinc lector intelliget, Epsilon tantum minuta lineola, quam in medio habet, a compendio syllabae *αν* differre.“ Si igitur *ε* a verbo *ἐθέμην* decerpseris in eiusque locum *ἂν* substitueris, *θέμην* supererit, quod nullo negotio in *θείμην* mutari potest.

§ 6.

Interpolationibus omnes paene qui supersunt codices turbatos esse hodie nemo negat; nam poëtae id dilucidissime demonstrant, qui cum sint metri legibus constricti, falsa additamenta facile prodant. Ea quomodo orta sint, in aperto est positum. Quidnam ipsi hodie facere solemus, cum accurate librum perlegimus? Nonne saepius quasi inscientes margini aut assensum aut dissensionem adscribimus? Nostrae quidem adnotationes non sunt perniciosae, quod cum libri nostri typis expressi sint, nullum est periculum ne in textum, quem vocant, irrepant. At superiore aetate saepe factum est, ut additamenta inter verba scriptoris transponerentur a librariis, qui putabant omissa recte esse suppleta. Non raro etiam e negligentia scribentium interpolationes ortae sunt, si quidem librarii, quod semel debuerunt scribere, bis scripserunt aut verbis inmutatis aut paululum mutatis. Quae cum ita sint, is qui veterum libros recensere velit, interpolationes expellendas sedulo curabit; sed cavendum est, ne modus excedatur, id quod hodie doctis hominibus non

raro accidere solet. Veluti Badhamus iusto saepius hanc medelam adhibuit in dialogis Euthydemo et Lachete, quos inter se coniunctos edidit Jenae 1865.

Nunc transeamus ad locos Platonicos tali ratione emendandos. Ac primum quidem de iis disputabimus, qui singulis tantum verbis, deinde de iis, qui enuntiationis membris vel ipsis enuntiationibus eiciendis corrigendi esse videntur.

Euthyphr. p. 11 B: *Εὐθ. Ἀλλ', ὦ Σώκρατες, οὐκ ἔχω ἔγωγε ὅπως σοι εἴπω ὃ νοῶ· περιέρχεται γάρ πως ἡμῖν ἀεὶ ὃ ἂν προθώμεθα, καὶ οὐκ ἐθέλει μένειν ὅπου ἂν ἱδρυσώμεθα αὐτό. Σωκρ. Τοῦ ἡμετέρου προγόνου, ὦ Εὐθύφρον, ἔοικεν εἶναι Δαιδάλου τὰ ὑπὸ σοῦ λεγόμενα.* In Bodl. Ven. *Π* et aliis non *προθώμεθα* legitur, sed *προθυμώμεθα*. *προθώμεθα* Stallbaumius, C. F. Hermannus, Turicenses receperunt deteriores codices secuti. Sed hic verbum poni debuit, quod ad artem quoque statuariam Daedali posset referri. Itaque vocabulum *προθώμεθα*, quod alias in disputando recte adhibetur, hic nihil valere videmus. Cod. Vat. *Δ* qui habet *προθώμεθα ἢ ὑποθώμεθα*, nobis rectam viam emendandi monstrat; nam ex hac lectione apparet vocabulum glossis esse tentatum. Plato enim scripsit *θώμεθα*, quod alii praepositione *πρό*, alii praep. *ὑπὸ* interpretabantur; cf. quae dicit Socr. p. 11 C: *καὶ εἰ μὲν αὐτὰ ἐγὼ ἔλεγον καὶ ἐτιθέμην, ἴσως ἄν με ἐπέσκωπτες — καὶ οὐκ ἐθέλει μένειν ὅπου ἄν τις αὐτὰ θῇ.* Ac suspicari licet in libro e quo Bodl. Ven. *Π* et Vat. *Δ* descripti sunt, vocabulum hoc modo pictum fuisse

προ ὑπο
θώμεθα.

Inde librarii Bodleiani aliorumque codicum elicuerunt *προθυμώμεθα*, librarius autem Vaticani *Δ*, incertus quid recte se haberet, scripsit *προθώμεθα ἢ ὑποθώμεθα*. Etiam Charmides nobis simile exemplum suppeditat talis corruptionis p. 161 B, ubi scriptum extat: *Οὐκ ἄρα σωφροσύνη ἂν εἴη*

αἰδώς, εἴπερ τὸ μὲν ἀγαθὸν τυγχάνει ὄν, αἰδὼς δὲ μηδὲν μᾶλλον ἀγαθὸν ἢ καὶ κακόν. Pro *μηδέν* Bodl. Vat. Θ: *μὴ οὐδέν.* Recte Stallbaumius: „*μὴ οὐδὲν μᾶλλον* ex *διττογραφίᾳ* ortum puto, aliis *οὐδέν*, aliis *μηδὲν* scribentibus. Utrumque ita in unum conflatum tolerari non videtur posse."

Gorg. p. 488 B: *ἀλλὰ ταῦτα ἔλεγον καὶ τότε καὶ νῦν λέγω.* Ex hac enuntiatione sine dubio eiciendum est vocabulum *ἔλεγον*, quod ipsa collocatio suspectum reddit. Constat enim inter omnes, Graecos in talibus locutionibus semel verbum ponere idque accomodatum fere particulae praesens tempus significanti cf. Krüger 62. 4. 2 et haec exempla: Soph. p. 236 E: *πάντα ταῦτά ἐστι μεστὰ ἀπορίας ἀεὶ ἐν τῷ πρόσθεν χρόνῳ καὶ νῦν.* Theaet. p. 187 CD: *Θράττει μέ πως νῦν τε καὶ ἄλλοτε δὴ πολλάκις.* Krügerus ad Thucyd. I. 86. 2 animos nostros advertit, ubi legitur: *ἡμεῖς δὲ ὁμοῖοι καὶ τότε καὶ νῦν ἐσμεν*, quo loco etiam haec exempla attulit: III. 40. 1: *ἐγὼ μὲν οὖν καὶ τότε πρῶτον καὶ νῦν διαμάχομαι μὴ καταγνῶναι ὑμᾶς τὰ προδεδογμένα κ. τ. λ.* VI. 60. 2: *τὸ δὲ σαφὲς οὐδεὶς οὔτε τότε οὔτε ὕστερον ἔχει εἰπεῖν περὶ τῶν δρασάντων τὸ ἔργον.* Exempla dare pergo e meis schedis: Phileb. p. 60 B: *οὐκοῦν καὶ τόδε τότε καὶ νῦν ἡμῖν ἂν ξυνομολογοῖτο;* Soph. p. 239 B: *καὶ γὰρ πάλαι καὶ τὰ νῦν ἡττημένον ἂν εὕροι περὶ τὸν τοῦ μὴ ὄντος ἔλεγχον.* Cratyl. p. 429 D: *συχνοὶ γάρ τινες οἱ λέγοντες, ὦ φίλε Κρατύλε, καὶ νῦν καὶ πάλαι.* Phileb. p. 15 D: *φαμέν που ταὐτὸν ἓν καὶ πολλὰ ὑπὸ λόγων γιγνόμενα περιτρέχειν πάντῃ καθ' ἕκαστον τῶν λεγομένων ἀεὶ καὶ πάλαι καὶ νῦν.* Dem. 18. 31: *δωροδόκημα δὲ τῶν ἀδίκων τούτων ἀνθρώπων τοιοῦτον ἐγένετο, ὑπὲρ οὗ καὶ τότε καὶ νῦν καὶ ἀεὶ ὁμολογῶ καὶ πολεμεῖν καὶ διαφέρεσθαι τούτοις.* Soph. p. 253 E: *τὸν μὲν δὴ φιλόσοφον ἐν τοιούτῳ τινὶ τόπῳ καὶ νῦν καὶ ἔπειτα ἀνευρήσομεν.* Thuc. VII. 75. 6: *ἀπηυτομολήκεσαν γὰρ πάλαι τε καὶ οἱ πλεῖστοι παραχρῆμα.*

Haec observatio vide ne nobis sit utilis in Soph. p. 229 E, ubi Stallbaumius scripsit: *τὸ μὲν ἀρχαιοπρεπές τι πάτριον,*

ᾧ πρὸς τοὺς υἱεῖς μάλιστ' ἐχρῶντο τότε καὶ ἔτι πολλοὶ χρῶνται τὰ νῦν. At optimi codices pro τότε habent τε, quod sine dubio restituendum est. Nam si τε scripserimus, nulla erit haesitatio in verbo bis posito; cf. p. 234 E: τοιγαροῦν ἡμεῖς σε οἶδε πάντες πειρασόμεθα καὶ νῦν πειρώμεθα.

Saepe a librariis coniunctio καὶ inculcatur idque non raro ita, ut prorsus sensu careat; veluti in Soph. p. 232 E. Bodl. Vat. Δ Ven. Π ante πρὸς ἀμφισβήτησιν addunt καί, quod recte interpretes removerunt. Eandem medelam utinam adhibuissent Euthyd. p. 273 A: ὄπισθεν δὲ αὐτοῦ ἐρασταὶ πάνυ πολλοί τε καὶ ἄλλοι καὶ Κτήσιππος, cui loco particulam καὶ ante ἄλλοι obtrusam esse mihi cum aliis hominibus, quibuscum hac de re collocutus sum, persuasum est. Nescio an etiam Gorg. p. 492 B: καὶ expellendum sit. Ibi loquitur Callicles de legum latarum incommodis; infirmos tantum eas sequi, firmos aspernari. Locus autem est hic: τί τῇ ἀληθείᾳ αἴσχιον καὶ κάκιον ἂν εἴη σωφροσύνης τούτοις τοῖς ἀνθρώποις· οἷς ἐξὸν ἀπολαύειν τῶν ἀγαθῶν καὶ μηδενὸς ἐμποδὼν ὄντος, αὐτοὶ ἑαυτοῖς δεσπότην ἐπαγάγοιντο τὸν τῶν πολλῶν ἀνθρώπων νόμον τε καὶ λόγον καὶ ψόγον. Haec verba ut intellegantur, lex quid sit Callicli, sciendum est; itaque cf. p. 483 B, ubi dicit: οἱ τιθέμενοι τοὺς νόμους οἱ ἀσθενεῖς ἄνθρωποί εἰσι καὶ οἱ πολλοί· πρὸς αὑτοὺς οὖν καὶ τὸ αὑτοῖς συμφέρον τούς τε νόμους τίθενται καὶ τοὺς ἐπαίνους ἐπαινοῦσι καὶ τοὺς ψόγους ψέγουσιν κ. τ. λ. Hinc vides vituperationem et laudationem infirmorum hominum ad legem, quam utilitatis suae causa tulerunt, dirigi. Cum vero loco supra allato nihil notetur nisi damnum quod lex firmis inferat, vituperantium sermonem solum commemorari necesse est. Quod si recte disputavi, quid praeter ψόγον λόγος sibi velit, est dictu difficile. Nam, utcunque res agitur, per se ipsum vocabulum apte explicari nequit. Itaque καὶ post λόγον eice, ut evadat λόγον ψόγον, quam coniunctionem duorum substantivorum a Platone non esse alienam docetur

his exemplis: Phaedr. p. 260 B: *συντιθεὶς λόγον ἔπαινον κατὰ τοῦ ὄνου.* Symp. p. 177 B: *λόγον εἰπεῖν ἔπαινον Ἔρωτος.*

Ut singula verba, ita etiam singulae literae interpolatae reperiuntur, quae ut locis corruptis integritas reddatur, eiciendae sunt. Incipiamus a Soph. p. 235 A, *ΘΕΑΙ. καὶ πῶς ἄν, ὦ ξένε; ἀλλὰ σχεδὸν ἤδη σαφὲς ἐκ τῶν εἰρημένων, ὅτι τῶν τῆς παιδιᾶς μετεχόντων ἐστί τις [μερῶν]. Ξε. Εἰς γόητα μὲν δὴ καὶ μιμητὴν ἄρα θετέον τινά.* De sophista hic agitur verbis apertis, praeterquam quod *μερῶν* haud dubie corruptum est. Alii aliter hoc vocabulum emendare coeperunt, sed omnes, ut videtur, infeliciter. Equidem mihi persuasi *μερῶν* literis *ερ* invectis depravatum esse ex *μῶν* idque ante verba *εἰς γόητα* transponendum. Nam hanc coniunctionem hoc loco esse idoneam, Hartungius docet in libro de partic. graec. II p. 161, ubi loci cum *μῶν* coniuncti inveniuntur, in denen der Unglaube und das Befremden mit freudiger Ueberraschung gepaart ist, und die Sache mehr gewünscht als gefürchtet wird. — Simili modo emendatur Charm. p. 163 D, ubi legitur in 𝔄Θ: *ἀλλ' ἐγώ σοι τίθεσθαι μὲν τῶν ὀνομάτων δίδωμι ὅπῃ ἂν θέλῃ ἕκαστον.* Vitiosum *θέλῃ*, pro quo substituendum videtur *θῇ*, nam haec verbi repetitio Platoni usitatissima. Hoc autem vocabulum glossis asperserunt, alii per *ἐθέλειν* interpretati, alii (ut in Ξ Grs) per *βούλεσθαι.*

Non una sed duabus interpolationibus corrupta sunt haec verba Soph. p. 217 B: *Καὶ μὲν δὴ κατὰ τύχην γε, ὦ Σώκρατες, λόγων ἐπελάβου παραπλησίων ὧν καὶ πρὶν ἡμᾶς δεῦρ' ἐλθεῖν διερωτῶντες αὐτὸν ἐτυγχάνομεν.* Contra vocabulum *ἡμᾶς* clamant leges grammaticae graecae mirorque, quod editores hoc vitium tam patienter tulerunt. Adde quod *καὶ* quid hic sibi velit, nemo potest dicere. Quod si vis servare, cum Cobeto tibi *ἡμᾶς* in *ἡμεῖς* mutandum et ante *πρὶν* ponendum. Tum vero superest difficultas pronominis relativi *ὧν*, nam *παραπλησίων* nunquam apud Platonem

cum genetivo copulatum reperitur. Itaque Platonem scripsisse dico: *καὶ μὲν δὴ κατὰ τύχην γε, ὦ Σώκρατες, λόγων ἐπελάβου παραπλησίων καὶ πρὶν δεῦρ' ἐλθεῖν, διερωτῶντες αὐτὸν ἐτυγχάνομεν;* usurpatum enim est *καὶ* hic eodem significatu, quo latinum ac, atque post „similis“ aliaque verba id genus. Cf. Krüger § 69. 32. 5: *ἔδοξεν αὐτοῖς παραπλήσια καὶ ἀντέλεγον* Thuc. V. 112. 1; cf. VII. 71. 6.

Ad alteram divisionis partem ut transeamus, locos aliquot tractaturi sumus, quibus medela paratur non singulis verbis e textu eiectis, sed enuntiationis membris vel enuntiationibus universis. Ac primum quidem evolvamus Euthydemum p. 289 D, ubi verba extant in libris manu scriptis sic tradita: *ὁρῶ, ἔφη, τινὰς λογοποιούς, οἳ τοῖς ἰδίοις λόγοις, οἷς αὐτοὶ ποιοῦσιν, οὐκ ἐπίστανται χρῆσθαι, ὥσπερ οἱ λυροποιοὶ ταῖς λύραις, ἀλλὰ καὶ ἐνταῦθα ἄλλοι δυνατοὶ χρῆσθαι οἷς ἐκεῖνοι εἰργάσαντο, οἱ λυροποιεῖν αὐτοὶ ἀδύνατοι.* Quae quin corrupta sint, adhuc non dubitatum est neque poterit unquam dubitari. Nam manifestum est, Platonem hic non potuisse rem similem accuratius interpretari, quam proxime antecedentibus verbis ita illustravit, ut vix desideres quicquam. Ac quid prodest simile, si uberiore demum sermone dilucidandum est? Hanc igitur difficultatem ut removerent, editores verba *ἀλλὰ καὶ ἐνταῦθα κ. τ. λ.* ad *τὴν λογοποιϊκὴν τέχνην* referentes aut deleverunt verba *οἱ λυροποιεῖν αὐτοὶ ἀδύνατοι* ut Winckelmannus aut, id quod maximum assensum tulit, Routhium Anglum interpretem secuti *λυροποιεῖν* in *λογοποιεῖν* mutarunt. Sed mihi quidem medela loci corrupti ita instituenda esse videtur, ut verba *ἀλλὰ καὶ ἐνταῦθα ἄλλοι δυνατοὶ χρῆσθαι οἷς ἐκεῖνοι εἰργάσαντο, οἱ λυροποιεῖν αὐτοὶ ἀδύνατοι* expellenda putem. Nam quod Plato statuit probare, *τὴν λογοποιϊκὴν τέχνην* non esse eam artem, in qua *συμπέπτωκεν ἅμα τό τε ποιεῖν καὶ τὸ ἐπίστασθαι χρῆσθαι τούτῳ, ὃ ἂν ποιῇ*, nonne id satis demonstravit verbis *ὁρῶ τινας λογοποιούς, οἳ τοῖς ἰδίοις λόγοις, οἷς αὐτοὶ ποιοῦσιν,*

οὐκ ἐπίστανται χρῆσθαι? Videlicet interpolatori simile erat ansa interpretamenti sane nimis tortuosi.

Cratyl. p. 390 A: οὐδὲ γὰρ εἰς τὸν αὐτὸν σίδηρον ἅπας χαλκεὺς τίθησι, τοῦ αὐτοῦ ἕνεκα ποιῶν τὸ αὐτὸ ὄργανον· ἀλλ' ὅμως, ἕως ἂν τὴν αὐτὴν ἰδέαν ἀποδιδῷ, ἐάν τε ἐν ἄλλῳ σιδήρῳ, ὅμως ὀρθῶς ἔχει τὸ ὄργανον, ἐάν τε ἐνθάδε ἐάν τε ἐν βαρβάροις τις ποιῇ. Summa patientia hunc locum tractaverunt multi editores ac ne haeserunt quidem in vocabulo ὅμως repetito, quo nihil turpius excogitari potest. Quis potest Platonem tam incondite scripsisse putare? Expelle quam celerrime verba ἐάν τε ἐν ἄλλῳ σιδήρῳ ὅμως, ut Platoni integritas redeat. Nam enuntiationi ἀλλ' ὅμως, ἕως ἂν τὴν αὐτὴν ἰδέαν ἀποδιδῷ, ὀρθῶς ἔχει τὸ ὄργανον, ἐάν τε ἐνθάδε ἐάν τε βαρβάροις τις ποιῇ adscripsit nescio quis hanc notam ἐάν τε ἐν ἄλλῳ σιδήρῳ = ὅμως.

Ibid. p. 432 C: ὁρᾷς οὖν, ὦ φίλε, ὅτι ἄλλην χρὴ εἰκόνος ὀρθότητα ζητεῖν καὶ ὧν νῦν δὴ ἐλέγομεν, καὶ οὐκ ἀναγκάζειν, ἐάν τι ἀπῇ ἢ προσῇ, μηκέτι αὐτὴν εἰκόνα εἶναι; ἢ οὐκ αἰσθάνει ὅσου ἐνδέουσιν αἱ εἰκόνες τὰ αὐτὰ ἔχειν ἐκείνοις ὧν εἰκόνες εἰσίν; Maximam hoc loco offensionem habet enuntiatio relativa καὶ ὧν νῦν δὴ ἐλέγομεν. Haec verba referuntur ad ὀνόματα, id quod nullo modo ferri potest. Nam quae proxime insequuntur, nos cogunt de imagine sola cogitare. Itaque verba καὶ ὧν νῦν δὴ ἐλέγομεν interpolata censeo eamque ob causam e textu eicienda.

§ 7.

Cum non raro factum sit, ut singula verba vel ipsae enuntiationes a librariis aut universa folia a glutinatoribus loco suo moverentur, cum inde semper corruptio nata sit modo maior modo minor, quid aliud ei, qui se criticum vult, faciendum est quam ut, quae transposita sunt, ea in

suum locum restituenda curet? Agedum, evolvamus aliquot locos quibus haec medela adhibenda sit.

Ac primum quidem tractemus locum Menonis p. 52 C, qui est de rebus mathematicis: *εἰ οὖν εἴη αὕτη ἡ πλευρὰ δυοῖν ποδοῖν καὶ αὕτη δυοῖν, πόσων ἂν εἴη ποδῶν τὸ ὅλον; Ὧδε δὲ σκόπει; εἰ ἦν ταύτῃ δυοῖν ποδοῖν, ταύτῃ δὲ ἑνὸς ποδὸς μόνον, ἄλλο τι ἅπαξ ἂν ἦν δυοῖν ποδοῖν τὸ χωρίον;* Voc. *ἦν* post *εἰ* Fr. A. Wolfii coniectura inventum est; in libris omnibus extat *ἐν*. Id quamquam facillime potuit ex *ἦν* corrumpi una lineola omissa, tamen haec ratio corrigendi locum mihi non videtur vera esse. Nam dubito an in talibus locutionibus *ταύτῃ μέν — ταύτῃ δέ, ἔνθα μέν — ἔνθα δέ, τοτὲ μέν — τοτὲ δὲ* particula *μὲν* queat omitti. Ac, ni fallor, in his formulis tota prior pars potest reticeri, non potest *μὲν* solum; cf. Phaedo p. 116 A: *περιεμένομεν οὖν πρὸς ἡμᾶς αὐτοὺς διαλεγόμενοι περὶ τῶν εἰρημένων καὶ ἀνασκοποῦντες, τοτὲ δ' αὖ περὶ τῆς ξυμφορᾶς διεξιόντες*, ubi Heindorfius recte adnotavit: Plenus sermo fuisset: *Περιεμένομεν οὖν τοτὲ μὲν — ἀνασκοποῦντες, τοτὲ δ' αὖ διεξιόντες.* Phileb. p. 35 E: *καὶ εἴ τις τούτων ἐν ἑκατέρῳ γιγνόμενος ἡμῶν ἀλγεῖ, τοτὲ δὲ χαίρει κατὰ τὰς μεταβολάς.* Idem fit, si inter se opponuntur *ὁ μέν — ὁ δέ, οἱ μέν — οἱ δέ;* cf. Protag. p. 330 A: *ἕκαστον δὲ αὐτῶν ἐστιν, ἦν δ' ἐγώ, ἄλλο, τὸ δὲ ἄλλο;* ad quem locum Sauppius complura exempla congessit. Hac de re etiam disputarunt Krüger §. 50. 1. 12, Rehdantz in ind. orat. Demosth. subi. p. 374, Ast lexic. Platonic. I. p. 423 sub fin., Heindorf ad Theaet. p. 181 D (p. 421 § 96). Quod cum ita sit, mihi persuasi pro *ἐν* esse scribendum *μὲν* et hoc vocabulum post *ταύτῃ* transponendum. Nam litera *μ* vocabuli *μὲν* nescio quo casu deleta error transpositionis quasi necessario subsecutus est. — At, dixerit quispiam, copula in hac enuntiatione conditionali desideratur. Subscribenda igitur duxi haec exempla, quae omnem dubitationem eximent: Charm. p. 158 E: *εἰ οὖν σοι φίλον, ἐθέλω σκοπεῖν μετὰ σοῦ;* cf. Soph.

p. 216 D, 217 D., Theaet. p. 162 B. Rep. X. p. 600 B: *ὁ γὰρ Κρεώφυλος ὁ τοῦ Ὁμήρου ἑταῖρος, τοῦ ὀνόματος ἂν γελοιότερος ἔτι πρὸς παιδείαν φανείη, εἰ τὰ λεγόμενα περὶ Ὁμήρου ἀληθῆ.* Theaet. p. 162 A: *εἰ ἀληθὴς ἡ ἀλήθεια Πρωταγόρου, ἀλλὰ μὴ παίζουσα ἐκ τοῦ ἀδύτου τῆς βίβλου ἐφθέγξατο.* Meno 85 B: *καλοῦσι δέ γε ταύτην διάμετρον οἱ σοφισταί, ὥστ' εἰ ταύτῃ διάμετρος ὄνομα, ἀπὸ τῆς διαμέτρου ἄν, ὡς σὺ φῄς, ὦ παῖ Μένωνος, γίγνοιτ' ἂν τὸ διπλάσιον χωρίον.* Theaet. p. 192 B: *ἀδυνατώτερον ἔτι ἐκείνων, εἰ οἷόν τε.* Euthyd. p. 300 AB: *ἀλλά μοι δοκεῖς, Εὐθύδημε, οὐ καθεύδων ἐπικεκοιμῆσθαι καὶ εἰ οἷόν τε λέγοντα μηδὲν λέγειν, καὶ σὺ τοῦτο ποιεῖν.* Rep. VI. p. 484 AB: *ἐμοὶ γοῦν ἔτι δοκεῖ ἂν βελτιόνως φανῆναι, εἰ περὶ τούτου μόνου ἔδει ῥηθῆναι καὶ μὴ πολλὰ τὰ λοιπὰ διελθεῖν μέλλοντι κατόψεσθαι, τί διαφέρει βίος δίκαιος ἀδίκου.*

Symp. p. 178 B Phaedrus ut Erotem deorum antiquissimum monstret, haec dicit: *γονῆς γὰρ Ἔρωτος οὔτ' εἰσὶν οὔτε λέγονται ὑπ' οὐδενὸς οὔτε ἰδιώτου οὔτε ποιητοῦ, ἀλλ' Ἡσίοδος πρῶτον μὲν χάος φησὶ γενέσθαι, αὐτὰρ ἔπειτα*

γαῖ' εὐρύστερνος, πάντων ἕδος ἀσφαλὲς αἰεί,
ἠδ' Ἔρος·

φησὶ μετὰ τὸ χάος δύο τούτω γενέσθαι, Γῆν τε καὶ Ἔρωτα. Παρμενίδης δὲ τὴν Γένεσιν λέγει

πρώτιστον μὲν Ἔρωτα θεῶν μητίσατο πάντων.

Ἡσιόδῳ δὲ καὶ Ἀκουσίλεως ὁμολογεῖ· οὕτω πολλαχόθεν ὁμολογεῖται ὁ Ἔρως ἐν τοῖς πρεσβύτατος εἶναι. Haec verba non uno nomine interpretibus difficultates pepererunt. Quarum haud scio an nulla sit gravior quam ea, quam verba *φησὶ κ. τ. λ.* habent. Primum enim iis interpretatio Hesiodi versuum dilucidissimorum continetur tam ieiuna tamque inepta, ut sani iudicii nemo in oratione talia dicere putandus sit. Ac levissimo utuntur argumento, qui dicunt Phaedri orationem ita esse comparatam, ut talis additamenti

sit patiens. Nam est modus in rebus. Hac autem ratione absurdissimum quodque potest defendi. Accedit ut illa verba proxime antecedentibus nullo vinculo adnexa sint, id quod non ferendum videtur. Nam cum versibus verba soluta adiungantur, omissione copulae talis sermonis durities exoritur, quae vix alio Platonico exemplo confirmari videatur. Manifesto igitur apparet, cum versus Hesiodei et interpretatio ex iis, quae diximus, inter se conciliari non possint, unum aut alterum esse removendum. Interpretationem obelo signavit Jahnus aliique; versus autem Hermannus, locum hoc modo corrigens: *αὐτὰρ ἔπειτα φησὶ μετὰ τὸ χάος δύο τούτω γενέσθαι, Γῆν τε καὶ Ἔρωτα.* Sed iam Schenkelius in diario gymnasiis austriacis destinato tom. XII. 1861. p. 597. ostendit eum falso iudicasse, primum enim non esse verisimile Platonem ut enuntiationem *φησὶ κ. τ. λ.* proferret, *αὐτὰρ ἔπειτα* e poeta sumpsisse; deinde *ἔπειτα* et *μετὰ χάος* orationis abundantiam efficere intolerabilem. Quid igitur faciemus? an excludemus verba *μετὰ φησὶ κ. τ. λ.*? Minime vero; nam etiam facilior medela adest, id quod demonstrari potest hac ratione: Phaedrus tribus testibus utitur, Hesiodo, Parmenide, Acusilao. Quorum testimonia mireris ita adferri, ut, quamquam Acusilaus et Hesiodus inter se consentiunt, tamen Parmenidis testimonium interponatur. Cur scriptor, quaesiveris, non statim Acusilaum Hesiodo adiunxit? Quo hanc digressionem? — Sed scriptor non peccavit, turbavit sermonem librarius. Nam Platonem scripsisse arbitror: *ἀλλ' Ἡσιόδος — ἠδ' Ἔρος. Ἡσιόδῳ δὲ καὶ Ἀκουσίλεως ὁμολογεῖ, ὅς φησι μετὰ τὸ χάος δύο τούτω γενέσθαι, Γῆν τε καὶ Ἔρωτα. Παρμενίδης δὲ τὴν Γένεσιν λέγει κ. τ. λ.* Nunc omnia recte se habent. Error autem inde ortus esse videtur, quod librarius nescio quis verba *Ἡσιόδῳ δὲ καὶ Ἀκουσίλεως ὁμολογεῖ ὅς* omisit oculis a syllaba *ος* vocabuli *Ἔρος* in *ὅς* ante *φησὶ* delapsis, omissa autem verba margini adscripta et in alienum locum trans-

lata sunt, simul oppresso pronomine ὅς, quod tum sensu carebat.

Politic. p. 270 B: ἣν ἡλικίαν ἕκαστον εἶχε τῶν ζώων, αὕτη πρῶτον μὲν ἔστη πάντων, καὶ ἐπαύσατο πᾶν ὅσον ἦν θνητὸν ἐπὶ τὸ γεραίτερον ἰδεῖν πορευόμενον. Stallbaumius adnotavit: ad aetatem provectiorem spectare et procedere. Mallem explicasset παύεσθαι cum infinitivo posse iungi; nam haec summa difficultas huius loci nequit reticeri. Accedit ut valde dubium mihi sit, an locutio ἐπὶ τὸ γεραίτερον ἰδεῖν πορευόμενον queat ferri. Vide igitur ne locus ita constituendus sit: καὶ ἐπαύσατο πᾶν ὅσον ἦν ἰδεῖν θνητὸν ἐπὶ τὸ γεραίτερον πορευόμενον. Hac transpositione facta structura loci cedit optime; neque est quod pluribus demonstrem ἦν ἰδεῖν dictum esse pro ἐξῆν ἰδεῖν; cf. Xen. Anab. 1, 4. 4: καὶ παρελθεῖν οὐκ ἦν βίᾳ.

Transponendo etiam hic locus sanari posse videtur, qui in fragmento Censorino adscripto extat cap. I. §. 2: „Stoicorum opinio probanda, qui cum arte conpositum mundi opus considerarent, introduxerunt naturam providam ac sapientiam quam ordo inpermutabilis ostenderet, et industria factum pronuntiaverunt. Ante verb. industria suppletum est „et“, qua re tamen vitium non sublatum est, nam vocabula „industria factum“ a verbo „opus“, quo referenda sunt, remotiora sunt, quam ut id possit tolerari. Adde, quod verba etiam, si sententia spectatur, velis prius esse posita. Nam quo pertinet, cum naturae providentia et sapientia sit adtributa, etiam mundum industria factum perhibere? Nonne potius censemus stoicos, quod industria factum et arte conpositum mundum videbant, naturam providam ac sapientem statuisse? Itaque scribe: „Stoicorum opinio probanda, qui cum industria factum, arte conpositum mundi opus considerarent, introduxerunt naturam providam ac sapientiam, quam ordo inpermutabilis ostenderet, pronuntiaverunt.“

§. 8.

Quod nobis in scribendo saepissime accidit, ut singula verba vel enuntiationis partes, quin etiam universas enuntiationes omittamus, idem antiquis librariis accidisse, si quis vel exiguam in veterum libris operam posuerit, non potest ignorare. Ac si huius rei causas quaerimus, cum alia multa possunt excogitari tum imprimis quod librarius oculis ad idem vel simile verbum aberravit indeque perrexit scribere aliis omissis. — Locos igitur, quibus aliquid deest, is qui artem criticam profitetur, ita sanabit ut omissa coniectando suppleat id quod feci his locis:

Euthyd. p. 274 B: *ἦν δ' ἐγὼ δεικνὺς αὐτῷ τοὺς ἐραστὰς τοὺς Κλεινίου· οἱ δὲ ἐτύγχανον ἡμᾶς ἤδη περιϊστάμενοι· ὁ γὰρ Κτήσιππος ἔτυχε πόρρω καθεζόμενος τοῦ Κλεινίου, ἐμοὶ δοκεῖν· ὡς δ' ἐτύγχανεν ὁ Εὐθύδημος ἐμοὶ διαλεγόμενος προνενευκὼς εἰς τὸ πρόσθεν, ἐν μέσῳ ὄντος ἡμῶν τοῦ Κλεινίου ἐπεσκότει τῷ Κτησίππῳ τῆς θέας· βουλόμενός τε οὖν θεάσασθαι ὁ Κτήσιππος τὰ παιδικὰ καὶ ἅμα φιλήκοος ὢν ἀναπηδήσας πρῶτος προσέστη ἡμῖν ἐν τῷ καταντικρύ· οὕτως οὖν καὶ οἱ ἄλλοι ἐκεῖνον ἰδόντες περιέστησαν ἡμᾶς, οἵ τε τοῦ Κλεινίου ἐρασταὶ καὶ οἱ τοῦ Εὐθυδήμου τε καὶ Διονυσοδώρου ἑταῖροι· τούτους δὴ ἐγὼ δεικνὺς ἔλεγον.* In verbis *ὡς δ' ἐτύγχανεν* coniunctio *δὲ* coniectura inventa est; deest enim in libris omnibus. Quam num editores recte suppleverint, non elucebit ante quam sententiarum nexum accurate exploraverimus. Is autem non difficilis est inventu. Ostendens enim Socrates sophistis Cliniae amatores circumstantes accuratius exponit, quomodo haec corona sit facta. Initio enim erat sedum distributio talis, ut Ctesippus procul a Clinia sederet, Clinias autem locum inter Socratem et Euthydemum obtineret. Quarum sedum mutatio facta est, cum Euthydemus prono corporis motu Ctesippo aspectum Cliniae intercluderet. Subito igitur surgit et ante Socratem consistit; alii sequuntur. Haec

est sententiarum conexio; quaeritur igitur nunc, qua particula duae primae enuntiationes inter se possint consociari, nam *δὲ* falsum esse facile demonstratur hac ratione: Locus habet trium factorum seriem, quorum prius quodque posterioris causa est. Quod enim Ctesippus longe remotus a Clinia sedebat, cum corpus inclinaret Euthydemus, ab eius aspectu prohibitus est. Quod Ctesippus prohibitus est, surgit et ante Socratem consistit. Quod Ctesippus surgit et ante Socratem consistit, alii etiam amatores surgunt et ante Socratem consistunt. Nonne vides, quomodo alterum ex altero nascatur? Manifesto igitur elucet, ad sententias inter se copulandas tales coniunctiones esse adhibendas, quae consecutionem indicent. Ut igitur enuntiationi tertiae *οὖν* adiungitur, ita etiam enuntiationi secundae particula conclusiva adnectenda est. Haec autem particula sine dubio est „*ὥςτε*“, qua suppleta haec periodi pars nascitur: *ὥςτε, ὡς ἐτύγχανεν ὁ Εὐθύδημος ἐμοὶ διαλεγόμενος προνενευκώς εἰς τὸ πρόσθεν, ἐν μέσῳ ὄντος ἡμῶν τοῦ Κλεινίου ἐπεσκότει τῷ Κτησίππῳ τῆς θέας· βουλόμενός τε οὖν θεάσασθαι ὁ Κτήσιππος τὰ παιδικὰ καὶ ἅμα φιλήκοος ὢν ἀναπηδήσας πρῶτος προσέστη ἡμῖν ἐν τῷ καταντικρύ κ. τ. λ.* Interpretum duo tantum, quod equidem sciam, vulgatae difficultatem senserunt, non sustulerunt, Winckelmannum dico et Badhamum. Sed uterque miram periodūm effinxit; veluti Badhamus locum constituit ita: *ὁ γὰρ Κτήσιππος ἔτυχε πόρρω καθεζόμενος τοῦ Κλεινίου· κἀμοὶ δοκεῖν, ὡς ἐτύγχανεν ὁ Εὐδύδημος ἐμοὶ διαλεγόμενος προνενευκὼς εἰς τὸ πρόσθεν, ἐν μέσῳ ὄντος ἡμῶν τοῦ Κλεινίου ἐπεσκότει τῷ Κτησίππῳ τῆς θέας.* Nemo, opinor, Badhamo assentietur hac in re; nam multa profecto sunt, quae contra hanc coniecturam possint proferri; sed non lubet longa aliorum refutatione meam illustrare coniecturam.

Ut singulis verbis, ita etiam syllabis vel literis supplendis non raro locorum corruptorum integritas restituitur,

id quod his exemplis illustrare nobis est in animo: Philipp. I. c. 14 § 35 Cicero in epilogo haec dicit: „Quare flecte te, quaeso, et maiores tuos respice atque ita guberna rempublicam, ut natum esse te cives tui gaudeant; sine quo nec beatus nec clarus nec tutus quisquam esse omnino potest." Hunc locum tractans de nulla alia re dicam quam de vocabulo „tutus", pro quo liber Vaticanus praebet „unctus". Cum enim v. „tutus" a v. „unctus" meo quidem iudicio longius distet, non alienum esse videtur, aliud verbum quaerere, quod propius accedat ad vestigia libri Vaticani. Si igitur a verbo „unctus" exordium capiemus, literarum ductu meminerimus „unctus" non diversum esse ab „unitus". Huc autem si initium deiectum (hoc vitium saepe in Vaticano reperitur), „imp" addiderimus, adiectivum „impunitus" assequemur, quod cum gradationem negativam mirum quantum extollat, loco nostro optime congruere apparet.

Euthyd. p. 299 B: *ἐπειδὴ γὰρ ὡμολόγεις ἀγαθὸν εἶναι φάρμακον, ὅταν δέῃ, πίνειν ἀνθρώπῳ, ἄλλο τι τοῦτο τὸ ἀγαθὸν ὡς πλεῖστον δεῖ πίνειν, καὶ καλῶς ἐκεῖ ἕξει, ἐάν τις αὐτῷ τρίψας ἐγκεράσῃ ἐλλεβόρου ἅμαξαν.* Hoc loco non dubito *ἐκεῖ* corruptum habere; nam si dicunt *ἐκεῖ* hic significare „in medicamenti sumtione, *ἐν τῷ τὸ φάρμακον πίνειν*", nihil dicunt; nam qua in re bene sese habeat homo, insequenti enuntiatione conditionali satis declaratur. Quo igitur *ἐκεῖ*? Adde quod magna est dubitatio, an structura *καλῶς ἔχειν* cum *ἐκεῖ* possit copulari; analogia enim repugnat. Quae cum ita sint, pro *ἐκεῖ* scribendum censeo *ἐκεῖνος*, nam subiectum hoc loco necessarium esse videtur. Quod autem *ἐκεῖνος* et *αὐτὸς* ad rem eandem refertur, noli hoc offendi; nam apud Platonem saepe huius generis exempla reperiuntur. Cf. Euthyph. 14 D: *ἆρ' οὖν οὐ τὸ ὀρθῶς αἰτεῖν ἂν εἴη, ὧν δεόμεθα παρ' ἐκείνων, ταῦτα αὐτοὺς αἰτεῖν.* Prot. p. 310 D: *ἂν αὐτῷ διδῷς ἀργύριον καὶ πείθῃς ἐκεῖνον.*